DE APOLLINARIS SIDONII CODICE NONDUM TRACTATO

Remensi bibl. civ. 413.

Inaugural-Dissertation

zur

Erlangung der Doktorwürde

der

philosophischen Fakultät, Sektion I

der

Kgl. Bayer. Ludwig-Maximilians-Universität zu München

eingereicht am 2. Juni 1908 von

Malcolm C. Burke.

München 1911
Kgl. Hofbuchdruckerei Kastner & Callwey.

DE APOLLINARIS SIDONII CODICE NONDUM TRACTATO

Remensi bibl. civ. 413.

Inaugural-Dissertation

zur

Erlangung der Doktorwürde

der

philosophischen Fakultät, Sektion I

der

Kgl. Bayer. Ludwig-Maximilians-Universität zu München

eingereicht am 2. Juni 1908 von

Malcolm C. Burke.

ACAD. LUDD. BAT. BIBL.

München 1911
Kgl. Hofbuchdruckerei Kastner & Callwey.

Genehmigt auf Antrag
der Herren Vollmer und Crusius.

Index.

De codice ipso Remensi 413 . . . . . pag. 5—6
De codicibus quibusdam cum R cognatione coniunctis „ 7—17
De lacunis codicis Laudiani . . . . . „ 18—28
Tractatio singulorum Sidoni locorum . . . . . „ 29—39
Index locorum . . . . . „ 40
Tabulae photographicae . . . . . „ 41—47
Collatio codicis Remensis . . . . . „ 48—62

Interpretatio Notarum.

r, l, m etc. . . Codex Remensis, Laudianus, Matritensis nondum correctus.
R', L', M' etc. . Correctio primae manus in codice Remensi, Laudiano, Matritensi.
R", L", M" etc. . Correctio secundae manus in codice Remensi, Laudiano, Matritensi.

Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/IA41545817_0078

„Die älteste von Lütjohann nicht benutzte Handschrift der Briefe des Sidonius“ codex[1]) Remensis 413 esse dicitur in ‚Neues Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde‘.[2]) Quod cum legerem, sperabam eum etiam archetypum esse, unde ceteri qui extant codices Sidoniani originem duxerint. Etsi hac expectatione deceptus sum, dignissimus tamen visus est Remensis, qui conferretur atque ad epistulas Sidonii recensendas adhiberetur.

Codex est membranaceus, formae 275 × 220 mm, minusculis litteris saeculo nono vel decimo ineunte scriptus. Constat 68 foliis, quaternionibus octo plenis, nono dimidiato. Extrema enim folia interierunt, ac fieri potest, ut integer codex Sidonium totum habuerit, vel minimum epistulas omnes. E libro iam confecto duo folia evulsa sunt, quorum unum inter folia 45 et 46, alterum inter folia 61 et 62 locum habuit. Continet igitur, ut nunc in codice numeratur,

quaternio 1	folia 1— 8
quaternio 2	folia 9—16
quaternio 3	folia 17—24
quaternio 4	folia 25—32
quaternio 5	folia 33—40
quaternio 6	folia 41—47
quaternio 7	folia 48—55
quaternio 8	folia 56—62
quaternio 9	folia 63—68

Undecim foliis, 10, 32, 34, 37, 38, 39, 44, 45, 46, 66, 67 sunt margines abscissi, sed ita ut contextus ipse integer manserit. Unicuique paginae sunt ordines duo, unicuique ordini 25 versus. Vitia saepius correxerunt et ille qui codicem fecit et altera manus. Paginarum 4, 42 verso, 59 verso, 60 imagines

[1]) Codex descriptus est in Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques t. 38 39. I Paris 1904. Bibliothecae Remensis praefectus vir spectabilis Fr. Vollmero intercedente codicem mihi Monacum transmisit, ubi totum contuli.

[2]) Band 30, pag. 725, (anno 1905).

photographicas[3]) faciendas curavi atque huic opusculo addidi, quae codicis indolem planius ostendant.

Incipit codex ab ep. I 1: *Sidonius Constantio suo salutem Diu praecipis* etc. desint in ep. VIII 4 verba: *flores timumque redolentia nunc* ima in pagina nullo spatio relicto Duorum foliorum, quae evulsa sunt, continebat unum ep. IV 24 finem a verbis: *verum et hospitii vetera iura* et initium ep. 25 usque ad *nimirum nosse cupientem*; alterum ep. VII partem ab *everberat conquerentum hic qui* (§ 9) usque ad *suam tractatu consilio(siore)* (§ 18). Desunt praeterea:

epist.		
I	7, 5	*inferrent hanc* — 7, 7 *sinite curandam*
III	3 7	*taceo deinceps* ———— III 39 *funerabantur*
VI	12 2	*verecundia quam* — VII, 5 *periculosi ut*
VII	6	tota
VII	7	tota
VIII	2	tota.

In exemplari vetustiore ab *R* codice proximo ordines tantidem quanti in *R* ipso fuisse videntur; nam in *R* desunt ep. I 7 tot fere verba quot unum ordinem expleant. Hanc igitur illius exemplaris condicionem fuisse puto: Ordo A desinebat in ep. I 7, 5 *placido verecundiam*, ordo B in ep. I 7, 7 *sinite curandam*. *R* librarius verborum *verecundiam* et *curandam* similitudine deceptus *placido verecundiam satis arvando* continuo uno ordine omisso scripsit.

Nonnullae autem lacunae minores librarii alicuius ortae incuria ad tale exemplar referendae sunt cuius versus litteras 16—19 continebant. Omisit enim R:

epist.			litterae
II	9, 5	*platonis) neque — demosthenis*	36—2×18
II	13, 5	*damocles) qui non — damocles*	76—4×19
III	13, 10	*velut) theseus — velut*	48—3×16
IV	25, 4	*acclamantibus) bonis reclamantibus*	18
V	10, 3	*gratificatusque — pompam*	51—3×17
VI	5	*donidius — numerari*	48—3×16
VII	9, 23	*multos) in tractatu multos*	16

Has omnes explevit in margine R".

Ad visigothicum exemplar redire videntur haec orthographica: *magestatis* pro *maiestatis* (ep. I 7, 10); *ienua* pro *genua* (ep. I 11, 7); *quur* pro *cur* (ep. I 11, 8) et alia.

Iam quaerendum quaenam sit affinitas *R* inter et ceteros codices Sidonianos.

[3]) vide pag. 41—44.

Ex eis qui extant omnibus in quattuor familias divisis elegit Chr. Lütjohann[4]) ad epistulas recensendas hos sex:

e prima fam.	Matritensem Ee 102	s. 10/11	C
e secunda fam.	Parisinum 9551	s. 12	F
e tertia fam.	Parisinum 2781	s. 10/11	P
e quarta fam.	Laurentianum pl XLV 23	s. 12	T
	Marcianum 554	s. 10	M
	Laudianum lat. 104	s. 10	L

Quos quomodo inter se conexos censuerit, stemmate non indicavit. Spectavit autem Lütjohann, cum codices in familias disponeret, non tam lectionum consensiones dissimilitudinesque quam magnas lacunas atque ordinis epistularum mutationes. (Vide praefat. edit. Lütj. p. 6.)

In quam divisionem mihi quidem videtur non admodum quadrare stemma, quod Leo lectionibus communibus ad-



hibitis confecit. Nam hic stemma codicum ita depinxit, ut *L* alii, *MT* alii familiae adsignarentur. α mutilum, β suppletum, δ et ε interpolatos esse arbitratur Leo, *M* et *L* solos igitur traditionem servasse incorruptam. Huic codici *L* ex omnibus maximam auctoritatem tribuerunt et Leo et Lütjohann, qui eum cum *M* vel *T* persaepe, etiam solum non raro secuti sunt. (Vide praef. Leonis ad editionem Lütj. pp. 32, 33.)

L codici tamen nimium pretium tribuisse Leonem contendit Gustafsson, qui iam a. D. 1882 de traditione Sidoniana disseruerat in libro: De Apollinari Sidonio Emendando (Helsingforsiae 1882). Dicit enim Gustafsson[5]):

[4]) G. Sollii Apollinaris Sidonii epistulae et carmina rec. et emend. Chr. Lütjohann (Monum. Germ. hist. auct. antiquissim. VIII) Berolini 1887.

[5]) Berlin. Philolog. Wochenschr. 1889, 1369.

„Ich fasse meine Ansicht kurz zusammen: *MT* sind neben *L* wenig wert, ebenfalls *PF* neben *C(A)*. *(A* est Vaticanus 3421.) Ohne *L* kommen wir nicht immer aus, doch allein ist *L* nur mit der größten Vorsicht zu benutzen; *LV* gegenüber — *(V* est Vaticanus 1783) — stehen würdig *AC*, oft sind sie vorzuziehen; jedenfalls ist der Vorzug dieser oder jener Klasse nicht bedeutend, wenigstens noch nicht als sicher anzusehen."

Alio quoque loco[6]) dicit idem: „Ich bemerke hier zunächst, daß in den Briefen *L* seinerseits und seinerseits *C* stark von *MTFP* abweichen, und daß diese meistens zwischen beiden schwanken; eigentümliche, geschweige denn vorzügliche Lesarten bieten sie sehr selten. — Sonst bleibt die Wahl zwischen *L* und *C* übrig." Stemmata neque hoc neque illo in libro edidit Gustafsson, quem tamen putes codicum cognationes fere sic sibi finxisse.



Leoni potius quam Gustafssonii assentit Mohr qui dixit[7]): „Nec aliter de codice *C* existimo, ex quo paucissima, quae quidem eius unius propria essent, recepi. Neque enim Gustafssonii de huius libri indole quamvis acuta disputatione persuaderi mihi potuit illum (vel Vaticanum 3421) dignum esse, cui propria et singularis auctoritas attribueretur, sed re iterum ac saepius examinata etiamnunc Leoni assentior, qui eum ut graviter interpolatum ex eodem unde *F* et *P* exemplari originem duxisse arbitratur."

Neque igitur Mohr eo apparatu contentus est quo Lütjohann utebatur, sed *F* et *P* lectionibus plerisque praetermissis Parisinum 18584 *(N)* et *V* adhibebat, quorum ille artissime, hic minus arte cum *L* conexus est. At ne

---

[6]) Berl. Phil. Wochenschr. 1889, 1368.

[7]) C. Sollius Apollinaris Sidonius recens. Mohr Lipsiae 1895; praef. p. IV et V.

LNV quidem ubique ad exemplar restituendum sufficere senserunt ipsi Mohr Gustafssonque; de *N* enim ille dicit[8]): „alio codice adhibito innumerabilius locis nonnumquam ita correctus ut pristina lectio vix aut omnino non possit erui.“ Ac Gustafsson de *V*: „Membrana multis modis laesa multa difficillime, multa omnino non legi possunt[9]).“

Hoc ego stemma feci, qod cum Leonis stemmate congruit, nisi quod *V* et *N* adiunxi.



Ad hunc iam notum apparatum criticum accedit codex Remensis, de quo nunc agendum. Quem ad eundem archetypum ac *L* et *z* redire ex his exemplis apparebit:

epist.		edidit Lütjohann	*RLz*
I	2, 3	*excedens*	*accedens*[10])
	2, 10	*gaza †*	*gaza*
	4, 2	ante *appetitus* magnam lacunam statuit	*appetitur RL* *appetitus mt* *cuius appetitus FPT'* idem in margine *M* *huius enim appetitus C*
I	5, 1	*numinum*	*nominum*
	5, 8	*Velini*	*fucini RLMTP'* *sucini CFp*
I	7, 3	*mirari*	*rimari*
III	13, 9	*sedeat*	*sentiat RLMFTP* *senciat C*
IV	1, 2	*orator declamatorium*	*oratorque maturum*
	1, 2	*epigrammatista*	*epigrammista*
	8, 4	*striaturis*	*histriaturis*

[8]) Ibid. p. VII.
[9]) De Apollinari Sidonio emendando pag. V.
[10]) deest *F*.

IV	11, 5	ante *episcopum* lacunam statuit	
	22, 5	*vel opus* seclusit	*vel opus*
V	1, 2	*perquam †*	*perquam*
V	5, 2	*harilao †*	*ilario r* *arilao R''* *harilao Lt* *hilario MCFPT''*
V	16, 5	*alendis*	*alienis* *ali is*[11]) *M'*
V	17, 4	*tecto*	*tacito (F')* *tacitos f*
VI	8, 2	*mercatoribus †*	*mercatoris RMFP* *mercatorib; LC* *mediatoris T*
VI	12, 2	*fit*	*fuit*
VII	12, 4	*minimus*	*minus RLMFCP* *quisque T*

Praeterea magnas lacunas atque ordinis mutationes, quas iam in archetypo infuisse Mommsen Leoque[12]) putant, quaeque nunc in codicibus *LVTm* inveniuntur, praebet et *R*. Lacunas sunt haec:

epist. III 3, 7—9--	
VI 12, 2 ---	VII 5, 2
VII 6 et 7	(omisit et *P*)
VII 18, 4	(in margine explevit *R''*)
VIII 2	

Perturbationes illae libri II sunt R et LVTm communes:

Post epist.	legitur epist.
4 1 *spectabilibus (avo)*[13])	9, 1 — 9, 4 *tempus voluptuosissimum*
9 4 *quaepiam volumina*	4, 1 — 9, 1 *etiam praestantissimo* etc.
9 1 *et Apollinarem*	9, 8—11, 2 *in quam forte cum* etc.
11 2 *communium municipiorum*	9, 4 — 9, 8 *quorumpiam auctorum* etc.
9 8 *scrobis fodiebatur*	11, 2——,— *discretione procedit* etc.

[11]) 2 litterae erasae sunt.
[12]) vide quae de archetypo dicuntur Lütjohann. editionis in praefat. p. XXV.
[13]) *avo* deest in *RVm*.

Motae sunt de suo loco partes[14]) ep. II 9 1—4, et II 9

Accedit ut in *R* sicut in *LNV* carmina desint; desinunt enim

L	in	epist. IV 7, 3
N	in	IV 6, ad finem
V	in	VIII 12, 8
M (prim. manus)	in	IX 6, ad finem
R deficit	in	VIII 4, 2

Facile igitur putabis eiiam archetypum epistulas tantum continuisse. Si ita est, carmina potuerunt in *M* et *TFCP* ex eodem exemplari unde lacunae in *M* et *CFP* suppleri[15]).

R codicem artiore vinculo cum *L* quam cum *z* coniunctum esse demonstrant hi errores communes:

epist.	*RL*	*z*
I 1, 1	*eas omnes*	*omnes*
I 1, 3	*non perquam*	*nunc perquam*
I 4, 2	*in frigus honora - - - L* *in phrygus honora - - - R*	*ferias inhonora - - -*[16])
I 7, 13	*tr(a)ema*	*extrema*
I 8, 3	*suo*	*sui*
I 9, 3	*seria*	*sera*
I 11, 13	*convictis*	*convicti*
II 2, 15	*ingente stiliae*	*ingentes tiliae*
II 3, 2	*nullo*	*nolo*
II 7, 2	*interminabis*	*interminabilis*
III 1, 4	*tuam (m)*	*suam M'*
IV 3, 3	*sententias*	*sentias MTFP* *sencias C*
IV 3, 7	*corrigit*	*corripit*[17])
IV 9, 5	*imponit L* *inponit R*	*imponitur*
IV 11, 3	*quisue*[18])	*quis*
IV 19	*mores*	*morus*
IV 21, 4	*tua hic*	*tua hinc*
V 7, 4	*contractatibus*	*contractibus*
V 8, 1	*familiaribus*	*familiarius*
V 17, 6	*coeperat*	*ceperat*
VIII 3, 3	*ipsa*	*ipse*
VIII 4, 2	*cetera et*	*et cetera*

---

[14]) vide Gustafsson, De Apollinari Sidonio emendando p. VI.
[15]) vide quod des dicitur apud Lütjohannum praefat. p. XXXV.
[16]) partim in rasura *M'* aut *M''*
[17]) — *pit* in rasura *M''*
[18]) *quisae n, quis* (2 litt. eras.) *VN''*

Accedit ut singularitates orthographicae non paucae in *RL* inveniantur. Praebent enim:

epist.	*RL*	*z*
I 2, 2	*frutig - - -*	*frutic - - -*
I 5, 6	*cloac - - -*	*cloag - - -*
III 13, 6	*spurgat*	*spurcat*
II 13, 6	*tecmine*	*tegmine*
V 14, 2	*ficulo r*	*figulo (R'')*
I 4, 1	*exspectata*	*spectata*
I 4, 2	*expectare*	*spectare*
IV 9, 2	*expectan—*	*spectan—*
IV 20, 3	*expectaculo Lr*	*spectaculo zR''*
VI 4, 1	*arvennam*	*arvernam*
VII 5, 3	*arvennum*	*arvernum*
VIII 1, 1	*arvenna*	*arverna*
III 12, 2	*possit (v)*	*posset (V')*
IV 1, 2	*possis*	*posses*
IV 2, 1	*possint*	*possent*
IV 8, 1	*possim RLC*	*possem MTFP*
IV 8, 4	*possit RLMF*	*posset TCP*
IV 25, 4	*possit*	*posset*
VI 1, 6	*muses*	*moyses*
VII 8, 4	*quur R* *qur L*	*cur*

Praeterea *RL* omittunt in *z* recte servata:

I 5, 3	*vel*
I 8, 2	*aegri deambulant*
II 13	*suo salutem*
II 14, 2	*hirundineum*
V 2	*salutem*
V 10, 2	*et* (ante *dignitatem)*

Neque tamen horum codicum alter ex altero transcriptus est, quoniam saepius *L* solus erravit, saepius autem vera servat, ubi *R* erravit.

Peccavit *R*:

epist.	*R*	*Lz*
I 7, 5—7	*inferrent — curandam* omisit	
III 8, 2	*amministrante sed hostiliter verum*	*administrante verum*
IV 17, 2	*romani pompa*	*pompa romani*
IV 20, 1	*pharalisis paleris*	*phaleris*

IV 24, 2	*N maximo mihi notitiae*	*cum maximo mihi non notitiae*
V 13, 1	*et credo quod nondum* omisit	

et alia.

Peccavit *L:*

epist.	*L*	*Rz*
I 1, 4	*sca turpentia*	*scaturientia*
I 7, 3	*et prius cinctus* omisit	
I 8, 2	*sitiunt vivi* omisit	
I 11, 11	*se*	*saepe*
I 11, 15	*quia tecum*	*quippe cum tibi*[19])
II 2, 1	*ea*	*aqua*
II 2, 8	*moeniorum*	*modiorum*
II 6, 1	*amicus tuus*[20]) omisit	
II 6, 2	*illi tertia* omisit	
III 3, 9	*iustoto*	*iusto*
III 13, 7	*vivifice*	*vivice R* *vibice Z*
IV 1, 3	*castigoria*	*castigatoria*
IV 8, 2	*aer*	*ager*
IV 8, 3	*facile*[21]) omisit	
IV 11, 3	*commune*	*communione*
IV 12, 1	*fabulam* omisit	
IV 14, 3	*feci*	*foris R* *fori z*
IV 22, 2	*quam tu — minus digna* omisit	
V 2, 2	*restui*	*restitui*
V 16, 1	*lace*	*lance*
VI 5	*imperiam*	*impertiam r* *imperitiam R''z*
VII 12, 3	*remonuisse*	*removisse*
VII 14, 5	*trabitibus*	*trabibus*
VII 14, 7	*parari*	*pari*
VII 18, 1	*scribitur ire*	*scripturire*
VIII 1, 3	*turbidinies*	*turbinibus*
VIII 3, 5	*uestus*	*suetus*

Longe alia sunt menda quae Rz communia habent:

epist.	*Rz*	*L*
I 5, 5	*larium*	*largum*

[19]) deest *F*
[20]) omisit et *T*
[21]) supra lineam *N'*

I	11, 8	*nimiae (V)*	*nimiae nimiae*[22]) *(N)*
II	9, 2	*restat (N'')*	*restet (n)*
II	9, 7	*voroangi*	*vorocingi (NT')*
II	12, 1	*defluit RMCFP*	*deflui (T)*
III	7, 1	*cuius*[23]) *(V)*	*cui (N)*
III	13, 8	*debilibus*	*debili bis*
IV	10, 2	*qua parum RCF(V)* *quo parum P'* *in quo parum M''*	*qui parum (T)*
IV	16, 2	*totusque R* *totus qui z*	*totus totusque (n)*
IV	21	*aspro suo RMPc(V)*	*apro suo (TFC'')*
IV	22, 5	*ille r z(VN)*	*illi (R'* vel *R'')*
V	17, 7	*medicurrentis r z*	*medii currentis (R'')*
VI	2, 3	*discessum (VN)*	*discensum*
VI	7	*fontelo RMTC* *fontello F*	*fonteio*
VII	9, 18	*principes*	*principem (n)*
VII	9, 18	*si dicitis rCFM'*	*sed dicitis (TPR'')*
VII	10, 1	*annuit (VN)*	*anuit*
VII	12, 1	*percurrisset RMCFP*	*percucurrisset (TN)*
VII	15, 2	*nonq: libet r* *namque licet CFPmV'*	*nam quamlibet (NTMR'')*
VIII	3, 1	*perere r* *parere R''z(V)*	*parare (n)*
atque decies		*ista haec*	*istaec* (vel *ista ec)*

Quae omnia nihil significant, cum quilibet codex eiusmodi menda praebeat. Aliis locis omnium codicum lectiones corruptae videntur:

epist.		*Rz*	*L*
I	5, 11	*honeratur*[24]) *RTCPM''*	*honeratus (V)*
VI	8, 2	*mercatoris RMFP* *mediatoris T*	*mercatoribus (C)*
VII	5, 3	*romanis RMCFP* *romanorum T(N)*	*romanunu*

Insignes tamen errores qui *R* et *z* proprii sunt rarissime invenies:

epist.		*Rz*	*L*
I	9, 4	*consuluisses RMFP(V)* *consiluisses C*	*coluisses (TN)*

[22]) *T* ut videtur in ras.
[23]) *T* deest.
[24]) *F* deest.

IV 2, 4 *peccatis RMCF* *peccabis (T)*
peccaris P
IV 12, 4 *admissum*[25]) omisit
VI 12, 1 *ista* omisit

Quas lectiones *Rz* codicum quamvis falsas iam in archetypo fuisse atque a *L* librario correctas esse puto, cum nullo modo mihi persuadere potuerim, *R* ex *z* tantulum recepisse. Neque credo quod Leo affirmat[26]) *L* librarium „latine indoctissimum" fuisse, ac „contentum depingere quae corrupta esse appararet", quandoquidem hic nonnumquam audacissime interpolavit. *Quippe cum tibi* enim ep. I 11 15 non intellectum, — nam proxima verba in *L* desunt, — in *quia tecum* perperam mutavit. Ex *vivice* quoque, quod nunc in *R* ep. III 13 7 legitur, suo arbitrio *vivifice* fecit *L* librarius, cui illud verbum sensu carere videbatur. Accedit ut spatia ep. I 1 3 post *examinationi has*, et ep. I 11 6 post *dignitates* sine causa reliquerit. Illo enim in loco Luetjohanni coniectura *litterulas* non opus est, neque probabile est aliquid excidisse. Praeterea quae in *L* leguntur:

epist.
I 2, 1 *sunt*
I 8, 1 *perrara*
II 2, 3 *placitum*
IV 23, 3 *dum — expectat*
VI 1, 5 *impleam — moneo*

consulto interpolata videntur. Sed his de locis infra[27]) disseram.

Certe *extorte*, quod ep. I 7 4 post *extortate* in *R* invenitur, ac correctionis indicia prae se fert, non nego ex *z* transcribi potuisse.

R codici tamen similior quam *L* est *V*[28]) Cum *R* enim solo peccavit *V*:

epist.		*RV*	
I	5, 5	*duplex pras V* *duplex pr s*[29]) *r*	*duplex pars LR''*

[25]) obelum in marg. R
[26]) Luetj. edit. praef. p. XXIII.
[27]) vide pag. 29, 32, 34, 37, 38.
[28]) *V* mihi notus est ex Mohrii editione, de qua supra mentionem feci, eque collatione, quam Gustafsson magna benignitate Vollmero intercedente mihi Monacum transmisit. — Folium 6 totum paginamque 72 recto *V* codicis photographice depingenda Maurenbrecher benevolentissime mihi Romae curavit.

I 5, 5	*certa pras V* *certa pr s*[29]) *r*	*certa pars LR''*
I 5, 10	*suarum (M'')*	omisit spat. relict. *L* *seriarum z*
I 5, 11	*occupationem*	*vaca* (spat. relict.) *L* *vacationem z*
II 2, 18	*unda (T)*	*umbra (M'') Lz*
II 4, 1	*avo* omisit[30]) *(m)*	
III 7, 3	*cum* (post *quam*) om. *(m) r*	
III 13, 4	*ructor*	*ruptor Lz*
IV 20, 1	*pharalisis*[31])	omiserunt *(M') Lz*
V 3, 2	*tristem* omisit *(m) r*	
V 7, 7	*animum communis* omis. *(m) r*	
VI 1, 5	*in meam*	*in me meam L* *in me z*
VI 1, 6	*vale R* rasura *V*	omis. *Lz*
VI 12, 1	*papa beatissime* omis. *(m) r*	
VII 9, 2	*enim* bis omis. *(m) r*	
VII 14, 11	*peccaverint non toties* omis. *(m) r*	
VII 17, 2	*totum* omis. *(m) r*	
VII 17, 3	*si* (post *sed*) omis. *(m) r*	
VIII 3, 3	*octavo (M')*	*atavo L* *attavo z*

Praeterea in *V* codicis exemplari illud (epist. I 7 5) *inferrent hanc — — — — sinite curandam* sicut nunc in *R* olim defuisse videtur. Quod enim *V* non integrum atque uno tenore scriptum praebet, sed ad initium loci *placido verecundia* in margine erasit. Verisimile est igitur, *R* et *V* ex eodem exemplari transcriptos esse, hunc tamen postea aliunde expletum esse. Locum *V* codicis reddunt tabulae photographicae, quas adiunxi.[32])

Ubi *V* ab *R* dissentit, huius saepius quam illius lectionem confirmat *L*, ut *R* puriorem putes. Haec notavi:

---

[29]) una littera erasa.
[30]) ordine epistularum turbato.
[31]) proxima verba in rasura *M'*.
[32]) vide pag. 45—47.

epist.	*R*	*V*
I 5, 3	*brevi*	omis. *L*
I 5, 3	*cantatas s. c. nobis*	omis. *L*[33])
I 9, 4	*facilius a Basilio LMP*	*a Basilio TFC*
I 11, 4	*et traxit L*	*contraxit z*
II 1, 1	*ibi LF*	*ille sibi*
		ille ibi MTCP
III 13, 5	*colorat LMTFPV'*	*decolorat v*
		decorat C
IV 3, 10	*potuit r*	*patet T*
	patuit LMCFPR''	
IV 7, 3	*formae sunt R*	*sunt forme (?) v*
	ferme sunt LT	*sunt ferme NzV'*
V 7, 7	*factum L*	omis. *mt*
VI 1, 3	*ergone (M')Lz*	*ergo m*

Denique haud dubium est, quin et *M* (manus prima) ex *RV* exemplari nonnulla receperit; nam vix credes casu ac fortuito illum cum his toties consentire posse.

Restat ut *R* codicem in stemmate collocem:



Hoc ipso perspicue cognoscitur, quae in epistulis recensendis ratio sequenda sit. RVL vel RVz vel Lz ubi consentiunt, x exemplaris verba reddunt. Ubi V deest, RL vel Rz consensu fides habenda est.

[33]) spatium reliquit *L*.

Propria tractatione digni sunt ei librorum I et II loci ubi *L* librarius litteris aut verbis nonnullis omissis spatia vacua reliquit. Haec enim spatia non minimum Luetjohannum adduxisse videntur ut ceteris codicibus *L* anteponeret.

Legitur in *L* (numeri indicant quot litterae videantur omissae esse):

ep. lib. I

1. 1, 2 *silere me* (8) *in stilo epistulari*
2. 1, 3 *examinationi has* (10) *non recensendas*
3. 2, 2 *cervix non* (10) *sed nervis*
4. 2, 4 *turba satellitum* (10) *admittitur*
5. 2, 5 *aut vianti* (14) *manui post tergum*
6. 2, 7 *ioculariter* (8) *patienter exspectat*
7. 2, 8 *sup* (4) *ati et tum* (11) *sibi non*
8. 3, 2 *calcata* (2) *nerositas* (17) *nsiit dero* (13) *hoc solum*
9. 4, 2 *honoravi* (8) *lauda* (4) *vitio*
10. 5, 1 (16) *romae positus*
11. 5, 3 *delatus* (28) *phaetontiadas*
12. 5, 4 *en* (1) *dibus nido* (12) *uis imposi* (8) *quae*
13. 5, 7 *illud iulia* (24) *hoc hasdrubaliano*
14. 5, 8 *va* (10) *corpus* (14) *terea febris*
15. 5, 10 *histrionic* (2) *totus actionum* (7) *status* (10) *tu*
16. 5, 11 *occupationem vaca*[34])
17. 6, 4 *appellas* (13) *otium* (10) *ranorum*
18. 7, 2 *c* (1) *am semper* (13) *tur* (12) *nis suae*
19. 7, 3 *odii* (4) *lici mole*
20. 7, 6 *talem* (7) *totam per* (8) *machinam*
21. 7, 6 *facilius exc* (6) *sciscitan* (11) *sionis*
22. 7, 9 *pra* (3) *torius* (7) *sistentibus latera*
23. 7, 10 *quamquam* (5) *nequiter* (12) *quod ipse*
24. 7, 13 *suspenso* (8) *iam* (11) *exerti*
25. 8, 1 *perrara bi* (6) *inspexerim*
26. 9, 1 *officiis* (14) *non isto*
27. 9, 2 *opitulari. nec* (7) *quia pauci*
28. 9, 4 *avieno* (15) *a basilio*
29. 9, 6 *solli meus* (8) *quamquam*
30. 9, 8 *pervenerim iub* (5) *ilicet*
31. 10, 1 *tuta vel* (7) *credere*
32. 11, 2 *plena* (7) *orum mordacium*
33. 11, 3 *peregrinatio* (9) *insidias*

[34]) quantum spatium relictum sit non dicit Luetjohann.

ep. lib. I
34. 11, 5 *honestissimam* (5) *ngere contra*
35. 11, 6 *dignitates* (7) *igitur iste*
36. 11, 9 *cathedrarios* (5) *rvos vispillonibus* (3) *etriores*
37. 11, 12 *non erubes* (3) *loquendi et vir* (7) *ustris*
38. 11, 15 *quia tecum* (8) *probari*
39. 11, 15 *mucrone* (1) *vix post haec* (10) *reximus*
ep. lib. II
40. 1, 1 *catillina saec nostri nuper* (11) *ut*
41. 2, 1 *perscribitur* (6) *glarea in vadis* (8) *ripis*
42. 2, 4 *hemicyclio* (9) *ferventis*
43. 2, 8 *oculorum* (5) *certas*
44. 2, 15 *arborum* (5) *contractior*

Haud dubium est quin haec lacunae neque ab *L* librario neque ab eius antecessore quoquam interpolatae sed revera traditae sint, cum secundum certam atque definitam legem sese excipiant. Intersunt enim inter proximas lacunas versus Lütjohanni editionis aut fere aut septeni vel octoni deni. Absunt 18 vel 17 versibus:

a lacuna 3	lacuna 4
a lacuna 5	lacuna 6
a lacuna 8	lacuna 9
a lacuna 10	lacuna 11
a lacuna 12	lacuna 13
a lacuna 14	lacuna 15 etc.

Fere sex versibus absunt:

a lacuna 4	lacuna 5
a lacuna 6	lacuna 7
a lacuna 9	lacuna 10
a lacuna 11	lacuna 12
a lacuna 13	lacuna 14
a lacuna 15	lacuna 16 etc.

Haec igitur fit series spatiorum vacuorum integrarumque textus partium:

18 versus (Lütjohanni in editione)
spatium vacuum (in *L* codice)
6 versus
spatium vacuum
18 versus
spatium vacuum
6 versus etc.

Singulis autem versibus editionis Lütjohanni insunt litterae circiter septuagenae quinae. Itaque si inter lacunas litteras numeres, haec fere est series:

1300 litterae
spatium
430 litterae
spatium
1300 litterae
spatium
430 litterae etc.

Textus igitur spatiis distinguitur in partes, quae inter se habent rationem, 3:1. Qua ex re perspicue codicis unde *L* profluxit, (eum *l* nomino) condicio cognoscitur. Singula enim folia ordines quaterni complebant, atque angulus codicis ita mutilatus est, ut duorum cuiusque folii ordinum versus primi (vel extremi) vix aut omnino non legi possent. Primus et quartus ordines, ut accuratis dicam, vel alter et tertius in initio (vel in exitu) laesi sunt; non primus cum tertio neque alter cum quarto, qui scilicet unum et eundem angulum habere nullomodo potuerint. Fingamus igitur superiorem exterioremque *l* codicis angulum sive igne sive alio casu periisse, vel aqua mucorem contraxisse; sequitur ut verba nonnulla desint in initio alterius cuiusque et tertii ordinis, atque eisdem textus locis



omnes ab *l* transcripti codices lacunas vel mancum sensum vel interpolationes praebeant. Sunt autem inter initia ordinis 3 cuiuslibet folii et ordinis 2 folii proximi tres tantum ordines; interest inter initia alterius tertiique ordinum eiusdem folii unus ordo. Quarum magnitudinum altera scilicet est ad alteram ut 3:1; id quod cum serie lacunarum in *L* codice optime congruit.

Interior tamen superiorque angulus e *l* si perierit cum verbis a quibus primus et quartus ordines cuiusque folii inceperint, non alia ratione lacunae in *L* aliisque quae ab *l* fluxerint codicibus sese excipiant necesse est.

Sequitur etiam, si ratio constat, ut cerni possit quanta *l* codici folia fuerint. Continebat enim ordo fere 6 Lütjohanni editionis versus, folium igitur 23—24 versus, id est litterae circiter 1730. Quod duae tantaedem partes epistulae II 9 *(tempus voluptuosissimum — quaepiam volumina* et *quorumpiam auctorum — scrobis fodiebatur)* de suo loco motae sunt[35]), argumento meo magnam fidem facit.

Neque vero per totum *L* codicem lacunae dispersae sunt, sed post ep. II 2 finem omnino deficiunt; quod non mirum est, cum saepius prima folia alicuius codicis ceteris bene servatis male habita sint. Sed etiam in libro *l* librique II epistulis 1 et 2 catena spatiorum, ut ita dicam, abrupta est. Desunt enim lacunae ubi eas expectes:

Lütj.

pag.	vers.	pag.	vers.	pag.	vers.
2	12	18	10	24	6
4	27	19	4	25	4
9	20	22	8	26	10
17	20	23	15		

Notabilis est locus p. 9 v. 20 (ep. I 6 4), ubi et *R* et *V* spatium vacuum habent, *L* autem verbum unum sine spatio omisit. Reliquis locis verisimile est membanam tam leviter laesam fuisse, ut lectionem librarius oculo animoque potuerit extricare.

Duae lacunae in *L* reperiuntur ubi non expectes:

epist.
I 1, 3 (Lütj. p. 1 v. 12) *examinationi has (10) non*
I 11, 6 (Lütj. p. 17 v. 23) *dignitates (7) igitur iste*

quas tamen interpolatas esse primo obtutu manifestum est, cum quidem nihil e textu exciderit. Nam utroque loco *RVz* lacunis carent; illo autem loco, ubi Lütjohann frustra *litterulas* coniecit, ne *N* quidem, quamquam *L* plane gemellus est, ulla deformationis vestigia praebet.

Lege igitur quam supra exposui sola freti, de lacuna *L* codicis quaque diiudicare possumus, vera sit an falsa. Sed series tota lacunarum utrum in archetypo ipso an in apographo orta sit parum liquet, nisi cum *L* ceteri codices conferantur. *RVNz* codicum testimonium opinionem Leo-

---

[35]) vide Gustafsson De Sidon. emend. pag. VI et praefat. edit. Lütj. pag. XXV.

nis, iam archetypum lacunosum fuisse, valde confirmat. Nam ex eis prorsus nullus omnibus locis ubi *L* spatia reliquit, sanum integrumque textum servavit.

R praebet vacua spatia:

epist.		
I	6, 4	*non nequit (4) concilii*
	9, 6	*solli meus (12) quamquam*
	9, 8	*pervenerim (19) pro potestate*

quorum postremum (ep. I 9 8) ad finem versus invenitur; deinde textum mancum sed sine spatio:

epist.		
I	1, 2	*silere me(lius puto quem) in stilo*
	2, 2	*cervix non (?) sed nervis*
	6, 4	*hoc est otium (vete)ranorum*
II	2, 4	*capacis (hemicyclio ubi et vis undae) ferventis;*

tum textum prave suppletum:

epist.		
I	2, 2	*abdomine elata* (*R*'' in margine)
	2, 8	*superati et tunc demum sibi,* etc. — — *bilis aliena credit quodque mirere*
II	2, 4	*himicaeclio ubi aeni unda* (*R*'' in margine, sic et *M*'')

Gravia nos docet locus ep. I 2 8, ubi *credit* per vulgarem usitatumque scribae errorem tam longe a suo proprio situ vix removeri potuit. Multo probabilius est, id olim in margine scriptum fuisse, inde in textum a scriba indiligenter translatum esse. Sequitur ut communem lacunam unam quidem habuerint *L* atque exemplar de quo *R* natus est. Quae cum ita sint, vix neges etiam alibi lacunosum fuisse exemplar, ubi *R* librarius pristinae mutilationis vestigia nulla reliquit. Accedit corruptela exigua:

epist.		
I	5, 10	*actionum suarum status*[36]) (*Nz* recte, *seriarum*)

In V spatia relicta sunt:

epist.		
I	4, 2	*laudant (12) vitio*
	6, 4	*non nequit (5) ut concilii* (sicut *R*)
	9, 6	*solli meus (12) quamquam* (sicut *R*)
	9, 8	*pervenerim (10) pro potesta* (sicut *R*)

mancus est textus:

---

[36]) et *M*''

epist.
I 5, 3 *eridanum (brevi) delatus (cantatas saepe comissaliter nobis)*
7, 3 *odii (publici mole vallatus) et prius*
7, 6 *tale in(-etuenti) totam per (?) machiam*
11, 16 *post haec (alia pauca) surreximus*
II 2, 1 *in vadis (limus) in ripis.*

Plane neglegendum est ep. I 7 5 quod *V* librarius cum in exemplari suo deficere videret, aliunde supplevit.[37]) Reliquis locis quae verba in textu desunt, in margine addidit corrector. Corruptelam parvam praebet *V:*

epist.
I 5, 10 *actionum suarum status* (sicut *R)*

Quod igitur ad lacunas pertinet, consentiunt magna ex parte *R* et *V,* ex parte autem dissentiunt. Sed exemplari *y* unde *R* et *V* originem habent, non solum lacunae tribuendae sunt quae his utrisque sunt communes, sed et eae, quae uni vel alteri propriae sunt, quippe quas consensus *LV* aut *LR* satis probet. Manifestum est et in hoc et in illo *y* familiae ramo corruptelas aliquot pristinas oblitteratas esse. Itaqua iure suspiceris in *y* spatia vacua passim sparsa fuisse, quorum vestigia et in *R* et in *V* deleta sint, quae tamen in *L* etiamnunc extent. Ego quidem puto textum tam deformatum non uno tantum a scriba neque uno temporis ictu sed sensim atque gradatim refectum esse.

De codice *z* Leoni assentior, qui eum ex eodem unde *L* archetypo (α) fluxisse arbitratur, illic tamen, ubi *L* lacunis hiat, e codice quodam ab α alieno hausisse. Profert Leo[38]) lacunas male expletas:

epist.
I 1, 2 *silere me in stilo epistolari melius puto quem nec iulius (me* omisit *C)*
2, 2 *non sedet nervis geminos (T')*
2, 5 *aut venanti monstres aut vianti manui (M'T')*

praeterea verba in singulis *z* familiae codicibus deficientia:

epist.
in *m*
I 2, 8 *tunc (demum credit) sibi* (confer. et *R)*
in *m*
I 7, 6 *tale (metuenti) totam* (sicut *V)*

---

[37]) vide pag. 16.
[38]) vide praefat. Lütj. edit. pag. XXXV.

in *t*

I 11, 15 *tibi (crimen impactum) probari.*

Disputationi Leonis magnam fidem facit, quod cum lacunarum serie illae in libri ii epistulis perturbationes cohaerent.[39]) Quae cum non *LRVN* peculiares sint, sed et in duobus saltem *z* familiae codicibus reperiuntur, fieri non potest, ut non ad archetypum ipsum (α) redeant. Si autem conceditur, perturbationes in α infuisse, ad hunc etiam lacunae, ut cum illis cognatione iunctae, referantur necesse est.

Iam ad *N* codicem transeamus. Fere easdem ac *L* lacunas praebebat *n*, solidum tamen textum:

epist.

I 5, 4 *nidorum (3) strues imposita nutabat quae*
5, 10 *totus actionum seriarum status peregrinetur (3—4) iam*
7, 10 *quamquam valde nequiter constaret*
9, 8 *pervenerim iubeas (4) ilicet pro*
II 2, 8 *oculorum furores certas.*

Atqui etiam ex his locis spatia vacua certissima contaminationis indicia *n* reliquit. Huc accedit quod epist. I 7 10 et i 9 8 sensum perplexum obscurumque lectio *n* praebet. Quod mireris interpolatam quoque lacunam servat *N:*

epist.

I 11, 6 *dignitates (9) igitur* (sicut *L);*

tum praeterea lectionem ineptissimam:

epist.

I 11, 15 *quia tecum tibi probari,*

quo loco ille stolidus homo qui *N* codicis exemplar exaravit, lacunam explendo genuina cum pravis temere permiscuit.

Pleraque spatia quibus hiabat *n*, compleverunt *N'* et *N''* e quodam *z* familiae codice; quem non solum ad corrupta reficienda sed etiam ad totum codicem *n* emendandum adhibuit *N'*. Quam rem correctionum e *z* assumptarum tabula extemplo ostendet:

epist.	*N'z*	*LR*
I 2, 2	*ad usque for(pic)ibus*	*ut adhuc vesticipibus*
5, 3	*vel* (post *commoda)*	*omis. (vn)*
5, 7	*mutuatur*	*mutuabatur LR'' mutuebatur r*
5, 7	*in* (post *ita)*	*omis. (vn)*
8, 2	*turres N' TCP'M'*	*ventres (vnpm)*

[39]) vide pag. 10.

epist.			*N'z*	*LR*
II	1,	1	*ille ibi N' TCPM*	*ibi (Fn)*
	10,	6	*rem oratoriam*	*oratoriam (n)*
III	6,	2	*debuisset N' CFM''*	*debuisses (nmP)*
IV	2,	1	*sed quae*	*quae (n)*
	4,	1	*ex militia*	*et militia (n)*
	5,	1	*debeatis*	*debebas L* *debeas R (n?)*
	8,	4	*extremum*	*extimum (n)*
	14,	3	*cultro*	*ultro (n)*
	16,	2	*amplector qui*	*amplector quod (n)*
	18,	6	*obviam*	*obvium L (n)* *obvivum R*
IV.	20,	1	*conciperes (R'')*	*conceperas LR (n)*
	20,	1	*inspiciebatur*	*conspiciebatur (Vn)*
	22,	4	*cui dolori*	*quibus dolori (n)*
	22,	4	*vetusta tum*	*vetus tum L (n)* *vetust — R* *vetusta (m)*
	25,	3	*iactis*	*iunctis L (n)* *iuntis R*
V	8,	3	*tyrranopolitanorum — polinorum P*	*— politarum (mn)*
	10,	3	*pompam — N' pompam z*	*pompamque LR'' (n)*
	15,	1	*vestrum N' MCFP*	*nostrum (nT)*
	17,	7	*ad hoc P'*	*huc (n p?)*
	19,	2	*vel non M'T''*	*non (nmt)*
VI	1,	5	*in me — N' in me z*	*in me meam L* *in meam RV*
	4,	1	*nova necessitiate*	*nova necessitudine (n)*
	9,	2	*sunt N' MTFPV*	*sint (n)*
VII	8,	1	*placidissimus*	*placidus (n)*
	8,	4	*secus*	*sequius LR (n?)* *si quis r*
	9,	22	*et — bono N' et bono z*	*et a bono (Tn)*
	13,	2	*si quid*	*si quid vel (n)* L
VIII	6,	9	*me lora*	*lora (n)*
	6,	12	*clusor (V')*	*plosor L* *closor v*
	6,	15	*eligunt (V')*	*se ligant L* *eligant (nv)*

epist.	*Nz*	*LR*
6, 17	*bellica- N'*	*bellicum*
	bellica z	
7, 3	*illustris N' MCFP*	*inlustri L*
	inlustris n	*illustri T*
7, 4	*te diligere*	*diligere (n)*
9,5v10	*frontis*	*frondis (m?)*
10, 1	*fuerit N' CFPm*	*fuerat (TM')*
11, 9	*quibus*	*quorum (n)*
11, 10	*qualia N' MCFP*	*si qua vel L*
	qualia vel T	*si qua (n)*
VIII 11, 10	*coheret N'*	*coram (Tn)*
	cohaeret MCFPV	
12, 3	*transfretarent (V)*	*transfretarentur (n)*
12, 8	*tametsi N' MTCPV*	*tamen etsi (Fn)*
13, 3	*nobis*	*vobis (n)*
13, 3	*hinc iustis*	*huc iustis (n)*
13, 3	*hinc nisi*	*huc nisi (n)*
13, 4	*quod — eo N'*	*quod ideo*
	quod eo z	
16, 4	*edidimus*	*condidimus (n)*
IX 2, 2	*crepitabit*	*crepitabunt (n)*
	crepitabat f	
3, 5	*— ibi te N'*	*ubi te*
	ibi te z	
6, 4	*et* post *consequens*	*consequens (n)*

Dissident autem *N* et *z:*

epist.

I 2, 2 *non sed vis geminos*[40]) *N'*
non sedet nervis geminos z(T')
non geminos ut videtur *t*

2, 5 *venanti aut vianti manui n*
venanti aut vianti sors obtulerit manui manus recens in *N*
venanti monstres aut vianti manui z(M'CFP)

7, 9 *pratorius ferreolus circumnstentibus N'*
pratorius (6) nstentibus ut videtur *n*
ferreolus circumsistentibus z

9, 2 *nec multa (4) cunctatio N''*
nec (9) cunctatio n
nec sane multa cunctatio z

---

[40]) *non sed vis (non sed* in rasura, post *vis* 3 litt. eras. N'); Vide Mohr pag. 3 adnot.

Has tamen discrepantias ut per errores vel coniecturas scribarum effectas nullius momenti faciam. Nihil aliud est *N*, ut opinor, nisi *L* codicis gemellus ex *z* correctus. At cum plurimi *z* codices nobis praesto sint, cumque *L* lacunas iam ratione experti simus, ausus sum in singulis locis tractandis *N* omnino neglegere. Restat lectio *n*

epist.

I 9, 6 *solli meus cendum quamquam.*

Unde hoc mirificum *cendum* librarius hauserit, coniectare non possum.

Si forte quaeris, unde *y* et *z* librarii haec supplementa assumpserint, debebis eas magnas epistularum partes conferre, quae in *LRVTm* deficiant, in *CFPM'* solis inveniuntur.[41]) *P* quoque, quod maximi ponderis est, quamvis arte cum *CF* conexus, unam quidem lacunam cum *LRVTm* communem (ep. vii 6 et 7) fideliter servavit. Quibus epistulis apertissimum est et α caruisse; nam nemo credet omnes praeter *CF* codices in hac re peccavisse. Quod autem si conceditur, non est cur neges ceteras partes, quae nunc in *LRVTm* desint, iam ab archetypo α afuisse. Sequitur igitur ut traditio Sidoniana quaedam ab α diversa olim exstiterit, atque a librariis nonnullis *z* familiae ad textum Sidonii complendum adhibita fuerit, ut demonstrativ Leo. Ex eadem scilicet *y* et *z* illa spatia minima in libris i et ii supplere potuerunt.

An uno atque eodem codice et *y* et *z* ad hanc rem usi sint, non satis clare apparet. Dubiam lectionem praebent utriusque familiae codices:

epist.

I 7, 3 *gubernationis RVz(T')N'*
(12) nis L
dapnationis t

I 7, 10 *quamquam valide ac nequiter constaret RVM''*
quamquam valde nequiter constaret Nz(C)
quamquam (5) nequiter (12) L

Aliae discrepantiae *z* librarii coniectura ortae esse videntur:

epist.

I 2, 2 *sedet z(T')*
sed RL (desunt in *V* ep. i 1 et 2.)

I 2, 4 *absit z*
desit R

---

41) vide pag. 6.

aliae coniectura utrorumque:

epist.

I 2, 5 *monstres* (post *venanti) z*
deus obtulit RM''
sors offerat T'
sors obtulerat manus recens in *N*

Praetermitto ep. i 6 4, i 9 6, i 9 8, ubi *y (RV)* spatia nullis verbis suppletis reliquit. Praetermitto ep. I 7 5 utramque lacunam, quia haec pars in *R* deficit, in *V* exemplari olim deficiebat. Ceterae lectiones quae unius codicis vel unius codicum familiae propriae sunt, — ut exempli gratia *suarum*, ep. 5 10 in *RV*, — scribae errores putandae, neque ad fontes referendae sunt. Parum liquet igitur ad plures an ad unum fontem supplementa *z* et *RV* codicum redeant. Pauciores enim sunt lacunae — (sunt omnino fere 45) — quam ut ad hanc quaestionem solvendam sufficiant. Utut est, quae lectiones consensu *zR* vel *zV* comprobantur, pro traditis haberi, ac nisi per se dubia videntur in textum recipi debent. Hic autem iterum moneo, in epist. I 7 5 ne quid *V* codicis testimonio tribuas, quae pars a genuina quam servavit *R* traditione amissa in *V* codicis exemplar nescio unde inrepsit.

Operae pretium sit perscrutari suppletas partes *CFPM'* — quibis et carmina omnia adnumeranda sunt,[42]) — atque amissi codicis unde sumptae sunt indolem explicare. Quod tamen cum ad *R* codicis aestimationem minime attineret, in posterum distuli.

Cum igitur constet *R* traditione ab α aliena usum esse, maximi refert, quantum *R* ex illa, quantum ex α hauserit. Tocum *R* contaminatum esse satis incredibile videtur. Nam magnas archetypi α lacunas omnes servavit, nec depravationis indicia praebet. Quantum igitur iam in α casu aliquo perierat, ac in *L* nunc spatio relicto omittitur, tantundem, ni fallor, *R* codicis ex altero fonte profluxisse recte censebis.

---

[42]) vide pag. 11.

Postremo de eis locis agendum est, ubi lectiones singulorum codicum, imprimis novae ex *R* petitae, inter se longius discrepant.

ep. I 1, 1 *si quae litterae*
sic *Lz*
si quae mihi litterae R

R fortasse recte; confer: ep. ii 10 2, *si qui versiculi mihi fluxerint;* Stat. Silv. i praef. 1, *an hos libellos qui mihi — fluxerunt.* Fuit, ut opinor, in *L* et *z mi*, quod facile excidere potuit. Statii Silvarum hunc ipsum locum videtur Sidonius et ep. vii 3 1 imitatus esse.

ep. I 1, 3 *examinationi has litterulas non recensendas*
examinationi has (10) non recensendas L
examinationi has non recensendas RzN

L librarium hanc lacunam interpolasse manifestum est non solum e lectione *RzN*, sed ipsa e ratione spatiorum vacantium, quam supra exposui. Vide paginam.

ep. I 2, 1 *mores autem huiuscemodi sunt*
sic *LC'P'*
mores autem huiuscemodi RNMTFcp

Hi recte. Supervacaneum enim est *sunt*, si modo *ita personam — cumulaverunt* ut parenthesim accipias, ac verbum *esse* suppleas ex colo *igitur vir est et illis —*. Similiter, tamen non indicata parenthese, edidit Mohr, qui confert ep. iv 20 3.

ep. I 2, 4 *satellitum ne absit admittitur*
sic *z*
satellitum (10) admittitur L
satellitum ne desit admittitur R

Etsi *ne desit* per se melius est, dubito tamen an sit coniectura librarii. Puto *ne sit* in archetypo infuisse.

ep. I 2, 5 *aut venanti aut vianti*
sic *LRmt*
aut venanti monstres aut vianti CFPM'T'
vianti (fors obtulerat) manui
vianti (14) manui L
vianti deus obtulit manui RM''
vianti sors offerat manui T
vianti manui z(t)

Hic locus graviter corruptus quomodo sanandus sit ego quidem excogitare non potui.

ep. I 4, 2 *ferias inhonoratorum laudant vitio*
ferias inhonoratorum N'z (M' aut *M'')*

ep. I 4, 2 *in phrygus honoratorum R*
in phrygiis honoratorum V
in frigus honoravi (8) L

Legendum est: *frigus* (Musse, Untätigkeit) *inhonoratorum.* Glossam *ferias* addidit librarius aliquis, qui verbi *frigus* significationem interpretari voluit. Confer.:

frigus:

Coel. ap. Cic. Fam. 8 6 Si Parthi vos nihil calfaciunt, nos hic frigore frigescimus.

Ovid Fasti II 856 Saepe tamen, Procne, nimium properasse quereris,
Virque tuo Tereus frigore laetus erit.

Ovid Pont. III 9 25 Sic animum lento curarum frigore laedit
Ut cupidi census frena retentit equi.

frigeo:

Coel. ap. Cic. Fam. 8 6 Quod tibi supra scripsi Curionem valde frigere, iam calet.

Symmachus ep. II 13 3 frigent iam diu apud homines criminosos vetera decreta.

id. ep. IV 21 2 nullum quippe delictum curae erga te frigentis agnosco.

id. ep. IV 25 quaeso igitur ne amicitiae munera frigere patiaris.

id. ep. VI 11 1 moleste fero — — — mox autem per silentium frigere processus.

id. orat. II 30 nullae artes silent, nulla friget industria.

Sulp. Sever. ep. II 14 cum cotidie etiam in sanctis viris saeculo frigente (caritas) frigescat.

ep. I 5, 3 *cursoriam (sic navigio nomen) escendi*
escendi LM''
ascendi Rz(m)

Melius est *ascendi;* nam *escendi* speciatim pro *e navi egredi in terram* usurpari solet. (Forc. Tot. Lat. Lex. p. 890.) Sed ep. i 11 6 et iv 25 5, ubi *LR escend-, z ascend-*, habent, de navigando omnino non agitur. Illae igitur lectiones cum his comparari non possunt.

ep. I 5, 3 *brevi delatus cantatas saepe comissaliter nobis*
sic *RV'CP (MTN'')*
praeter *delatus L* omisit spatio relicto
praeter *delatus vn* omiserunt sine spatio
nobis F omisit

Hoc tantum loco *comissaliter* inveniri videtur, neque tamen ob hanc rem suspectum esse debet.

ep. I 5, 10 *scurrilitates histrionicas totus actionum*
histrionic (2) L
histrionum RVz

Traditum est igitur: *histrionum*, quod omni vitio caret. *L* lectio orta est e verbo *histrionu* in exemplari male scripto vel male habito

ep. I 5, 11 *civitatis occupatissimam vacationem*
occupatissimam vacationem TM'P'(C)N'
occupatissimam occupationem RV
occupationem vaca (spat. vac.) *L*

Luetjohanni coniectura *occupationem vacantissimam* non opus ist. Nam *occupationem*, etsi in *L* et in *RV* legitur, minime traditum est. Hi enim librarii post *occupatissimam* ex incuria facile *occupationem* pro *vacationem* scribere potuerunt; ille sententiam lacuna hiantem consulto correxit.

ep. I 6, 4 *nonne quid concilii tempore*
nonne quid Ln
non nequit (4) R
non nequit (5) ut V
non nequiter te zN' vel *N''*

Legendum est, ut videtur: *nonne quid te. Nequiter (nequit)* ex — *ne quit* male correxit *z*. *Te* tamen, quamvis suo arbitrio *z* librarius verbum suppleverit, nullo modo carere possumus.

ep. I 7, 2 *sed damnationis suae ordinem exposcis*
sed damnationis t
sed gubernationis RVN'z(T')
(12) *L*

Non iure retinet Mohrius: *gubernationis*, quod coniectura scribae est. De Arvandi quaestione non gubernatione narrat in hac epistula Sidonius. Genuinam fortasse lectionem restituit *t*.

ep. I 7, 9 *Ferreolus circumsistentibus latera collegis*
ferreolus circumsistentibus Vz
pra(3)torius (7)sistentibus L(n)
praefectorius ferreolus circumsistentibus R
pratorius ferreolus circumnstentibus N'

R recte; *praefectorius* ut supervacaneum omiserunt *Vz*. Confer: epist. I 9 1 *Pauli praefectorii* et epist. I 5 10 et I 9 1 *patricii Ricimeris*

Minus certe spatium reliquit *L*, quam ut in eo *ferreolus circum-* contineri potuerit. Sed interdum spatia valde indiligenter metitur *L*. Confer: epist.

I 8, 1 ubi litteris 13 omissis spatium 6 litterarum vacat; et

I 9, 2 ubi litteris 18 omissis spatium 7 litterarum vacat.

I 8, 1 *perr(aro Arari)s potor inspexerim*
perrara bi (6) L
raro bibitor aricus R
raro bibitor araricus VzN'

Omni vitio caret lectio *VzN'(R)*, neque eqidem videre possum, cur eam Luetjohann reiecerit. Multo insolentius est vocabulum *bibitor* quam quod librarius excogitare potuerit. Nam semel modo, ut videtur, alibi reperitur: Corpus Inscr. Lat. viii 14420. Neque alienum est *Araricus* a Sidonii sermone; vide Kretschmann, qui dicit, „Est etiam haec quaedam insolentia, qua a sermone quotidiano distinguit orationem, quod substantivis adiungit adiectiva licentius vice genetivorum et subiectivi et obiectivi qui vocantur. Inter alia exempla adfert Kretschmann:[43])

epist.

I 5, 4 *amnici margines*
II 14, 2 *usque ad adventum hirundineum vel ciconium*
VI 8, 1 *fatigatio locaticia*
VI 12, 6 *mediterranea — — largitas.*

Reperiuntur quoque:

epist.

IV 3, 1 *nec Frontonianae gravitatis aut ponderis Apuleani*
VI 12 5 *post Gothicam depopulationem*
VIII 6, 8 *Nicetiano regeretur . . consilio*
12, 7 *Aturricus piscis Garunnicis mugilibus insultet.*

Perrara interpolavit *L*.

ep. I 8, 2 *muri cadunt, aquae stant, turres fluunt*
naves sedent
turres TCM'P'N'
ventres LRmpn

Etiamsi *ventres* traditum est, recte tamen *TC* correxisse videntur. Nam ut *aquae* et *naves* sic *muri* et *turres* inter se

[43]) De Latinitate G. Solli Apollinaris Sidoni. Particula 1, pag. 9. (Jahresbericht über das städtische Gymnasium zu Memel, 1870.)

congruunt. Sed fortasse *ventres* ex *urres* corruptum est, *t* post *stant* omisso.

ep. I 8, 2 *negotiatores militant monachi negotiantur*
monachi LRVT
milites CFM'P'

Iure Lütjohann recepti *monachi*. *Milites* aut mero errore ortum est, aut *monachi* in hoc scriba aliquis emendavit qui cola prorsus contraria voluit.

ep. I 9, 4 *facilius ab Avieno familiaritatem, facilius*
a Basilio beneficium
facilius a basilio LRNMP
a basilio TCFV

Traditum est: *facilius a basilio*. Haud dubium est quin alterum *facilius TCFV* sive casu sive consilio omiserint.

ep. I 9, 8 *pervenerim iubeas ilicet pro potestae*
iubeas ilicet z(M')
iubeas (4) ilicet N
iub (5) ilicet L
RV omiserunt spatio relic
m omisit sine spatio.

Omnino desperavi veram huius loci lectionem aliquando refici posse.

ep. I 11, 4 *qua voluit, traxit persona popularis*
voluit et traxit LR
voluit contraxit zV

Iure recepit Mohr lectionem *LR* codicum; *et* pro *etiam* utitur Sidonius. *Contraxit* ortum est ex *7traxit*.

ep. I 11, 15 *quippe cum tibi crimen impactum*
quippe cum tibi RVz N(manus recens)
quia tecum L
quia tecum tibi n

Lacuna significationem sententiae obscurante *L* adductus est ad interpolandum. *Cum* pro praepositione accepto *tibi* in *te* stultissime mutavit.

ep. II 1, 1 *quas ibi ex parte propinaverat.*
quas ibi LRFn
quas ille ibi MTCPN'
quas ille sibi V

Asperius est *ille* pronominis atque adverbii *hic* collocatio. Neque *ille* omisso sensum minus perspicum factum esse censeo. Malim igitur lectionem *LRFn*. Ex *z* falsa lectio in *V* codicem irrepsisse videtur.

ep. II 2, 3 *sane si placet, quis sit agri*
placet RVMCFP
placitum LT

Traditum est *placet* neque aliquid offensionis habet.

ep. II 8, 1 *esset unica iam diu matris amissae*
matris L
matri Rz

Scribendum est *matri*. Dativus cum *unicus* invenitur: Vulg. Tob. 6 15, *cum sim unicus meis parentibus*. *Filia* post *amissae* frustra a Luetjohanno additum iam Mohr recte delevit.

ep. II 9, 8 *corylis flexibilibus intexto*
flexibilibus z
flexibus L
flexilibus R

Dubitari nequit quin in x exemplari fuerit *flexilibus*, ac verisimile est idem a Sidonio scriptum fuisse. Vide:

epist. III 3, 5 *flexilium laminarum*
carm. XVI 80 *flexilibus rimis*
epist. I V20, 3 *missilibus RV, missibilibus Lz*

epist. II 13, 3 *Maximus maximo nobis documento*
nobis documento RVz
nobis ad isto documento LN
nobis ad ista documento M''

Otiosum est *ad ista (isto)* neque traditum; recte legit Luetjohann: *nobis documento*.

ep. III 13,5 *deprecatur ineptias mentis qualitas corporis*
ineptias Rz
ineptiam LN

Legendum est: *ineptias*. Perperam ex LN solis Mohr recepit *ineptiam*. Confer ep. v 13,1 ubi LNM'' *operam* pro *operas* habent.

ep. III 13,7 *cerebrum crebra vibice peraratum*
vibice z
vivifice L
vivice R

Clare apparet quomodo mendum in L ortum sit. In x enim exemplari fuit id, quod hunc in R invenitur. Quo non intellecto L librarius consulto *vivifice* interpolavit.

ep. IV 2, 4 *si peccabis ultra reticendo*
peccabis LT
peccatis RMCF
peccaris P

Arbitror *peccatis* quamvis falsum sit, in archetypo infuisse, atque a LT in *peccabis*, a P in *peccaris* emendatum fuisse.

ep. IV 3, 8 *paeonumque quaternatas supervenire*
quaternatas L
quaternas RVNz

Quaternatas nusquam alibi reperire potui, neque hic traditum est. Legendum est fortasse *quaternarias*, e quo et *quaternas* et *quaternatas* criri potuerunt. Confer paulo ante *ternarias*.

ep. IV 5, 2 *atque item — — cum sint votiva*
item cum sint L
item desint Rz(F')

Rz recte. Coniectura non opus est, neque lacuna est statuenda.

ep. IV 8, 1 *primo remorarum vix e tenaci caterva*
remoratum z(M')
moratum LRVm

Verisimile est *moratum* in archetypo infuisse. Nam perfacile scriba illo antecedente *remotum* deceptus et hic *re-* potuit addere.

ep. IV 10,2 *praevio Christo sicubi — — culorum*
sicubiculorum L
sicubi locorum Rz

Lectionem *L* reiciendam esse iam Engelbrecht[44]) demonstravit. Sed haud scio an *Rz* quoque lectionem corruptam praebeant.

ep. IV 11, 3 *ne idiotarum quidem imperatorumque sciscitatio*
repudiabatur
repudiabatur Ln
repudiaretur RzN'

Neutra lectio est per se ipsam melius. Nam saepius apud Sidonium ac, nisi fallor, apud omnes illius aetatis scriptores indicativus pro coniunctivo usurpatur. Confer.:

epist.
IV 21, 6 *ut solo nobilium contubernio praeferre nil debeas, cui tu manu iniecta feliciter raptus inserebare;*
VIII 11, 3 *puto hanc liberius offerri quam si — — qui non placebam per eloquentiam, per materiam displicerem.*

---

44) Zeitschr. f. d. österr. Gymnas. anno 1890 pag. 490.

IX 9, 16 *nam quis aequali vestigia tua gressu sequatur, cui datum est soli loqui melius quam didiceris, vivere melius quam loquaris?*

Satis frequens tamen coniunctivum cum relativis apud Sidonium repperi. Exempla sunt:

epist.

I 11, 11 *tunc ille, qui simile aliquid optaret, tempore invento — — inquit —*

II 3, 2 *illud peculiare tuum est, — — quod tam qui te aemulentur non habes quam non invenis qui sequantur.*

II 9, 6 *inter bibendum narratiunculae, quarum cognitu hilararemur institueremur, —*

VII 14, 3 *natura — — — humana tantum corpors effudit, quorum imbecillitati quodammodo novercaretur.*

VIII 11, 11 *nam quis ab hominum tam procul sensu, quis ita gemino obtutu ita eluminatus, qui exanimati cadavere inspecto non statim signa vitae colligeret extortae?*

Coniunctivus cum relativis igitur etiam ex indicativo pendens nullomodo a Sidonii genere dicendi abhorret. Multo facilius credes coniunctivum *repudiaretur* ex coniunctivo *consuleret* pendentem eundem scribere potuisse. Lectio *Rz* ut tradita in textum recipi debet.

ep. IV 12, 4 *percontor admissum num verbo quippiam praeterea detulisset*
percontor admissum num LN'
percontor num Rz
·※· in margine *R*

Verbum *admissum* quamquam per se aptissimum suspicor in archetypo defuisse, atque ab eo qui LN exemplar fecit postea aliunde suppletum fiusse.

ep. IV 17, 2 *apud limitem ipsum Latina iura*
limitem ipsum latina CPM'
limitem eum latina TF
limitem latina LRm

Incertum est an iam in *z ipsum* fuerit. Scribendum est igitur cum *LRm limitem latina.*

ep. IV 20, 1 *Tu cui frequenter arma et armatos inspicere iucundum est*
arma et armatos LR''tn
arma et armatu et armatus r
arma et armatum et armatos VCFM'P'N'
arma et armatum et animatos mpT''

Puto in archetypo fuisse: *armatos* / *armatu.* Vera lectione omissa glossam recepit in textum *L*. Legendum est: *frequenter arma et armatum inspicere.* atque *armatum* ut nomen collectivum quarta declinatione intelligendum, ut invenitur apud Livium xxvi 5 3 et xxvii 41 3.

ep. IV 20, 3 *lanceis uncatis securibusque missibilibus*
missibilibus LNz
missilibus RV

Cum vocabulum *missilibus* nusquam nisi apud Priscianum reperi videatur, ac *missibilibus* pro *missilibus* librarius quilibet scribere potuerit, malim hic *missilibus.* Confer: Prisc. Partit. XII Aen. 490. *Possumus etiam* hic *et* haec missibilis *et* hoc missibile *dicere.* Confer praeterea lectiones ep. II 9 8, ubi *flexibilis* pro *flexilis* male *z* scripsit.

ep. IV 21, 4 *summae rigoris ac fide ingenti sic deum*
fide indigenti L
fidei ingenti R
fidei ingentis z

Recte *z*. *L* enim male divisit vocabula, sic: *fide iingenti*, tunc *iingenti* perperam in *indigenti* mutavit. E voce *ingentis* in *R s* littera perfacile ante *sic* excidere potuit.

ep. IV 23, 3 *ore terribili, dum convicium expectat, osculum exceperit*
dum convicium expectat LR''
convicium expecta (dum omisso) *R'*
convicium expectans (dum omisso) *z*

Librarium *x* suspicor *expecta* pro *expectans* per negligentiam scripsisse, ac *L* manumque secundam in *R*, cum mancum esse sensum perciperent, *t* litteram et *dum* addidisse. Probo igitur lectionem *z: expectans.*

ep. IV 25, 3 *strepituque despecto turbae furentis*
despecto turbae furentis LT
furentis turbae despecto RCPF
turbae furentis despecto M

Traditum videtur: *furentis turbae despecto.*

ep. V 3, 2 *si requirenti tuas supprimas actiones*
supprimas LTn
supprimis RMCFPN'

Hi recte. Deceptus est *L* per antecedens *tuas.*

ep. V 5, 2 *quasi de vetere harilao novus falco*
harilao Lt

arilao R" in margine
hilario z(T')
ilario r

Sensu carent omnes hae lectiones, ut apertum sit iam in archetypo corruptelam fuisse. Legere velim *aviario*, quod optime cum tota sententia congruit, quodque, si modo putes scribam *i* longa usum esse, ac litteram *v(u)* neglegenter scripsisse, facile in *arilario* mutari potuit.

ep. V 17, 8 *ergo ut resedimus* [*et*] *ilum mox aquam*
resedimus MCFPR"
residimus r
sedimus NT
sedemus L

Non recte Mohr testimonio *L* fretus *sedemus* recepit. Nusquam enim apud Sidonium indicativum praesentem cum *ut*(als) inveni ab indicativo perfecto pendentem, neque congruit praesens cum sequente perfecto *admonuit*. Legendum est igitur *resedimus*, quod traditum videtur.

ep. V 18 *nostrorumque contractibus plurimum velis*
plurimum LNTR
primum rVMCFP

Optime congruit *primum* cum verbum quod supra invenitur *coepisse*. atque ut traditum retinendum est.

ep. VI 1, 5 *damnabilis cum non impleam quae moneo*
cum non impleam que moneo LR
cum impleam que non impleo r(ut videtur)
cum imperem que non impleo z

Veram lectionem servavit *z*. Unde error in *L* ortus sit, ex *R* codicis condicione luce clarius apparet. Fuit enim in archetypo: *cum imperem quae non impleo*. Qui tamen *x* apographon fecit ex incuria pro *imperem impleam* scripsit. Tunc *L impleam quae non impleo* nullum sensum habere sentiens *non* transposuit atque *impleo* in *moneo* mutavit. R codicem aut *L* ipso aut eius exemplari adhibito correxit secunda manus. De lectione *z* dixit Luetjohann, „Non male." Immo optime, ac hic imprimis *R* laudendus quia ex eo causa corrumpendi perspicitur.

ep. VI 12, 1 *quorsum istaec? inquis. te ista sententia*
maxume — — petit.
istaec L
ista haec RMTFPVN
ista C
te ista sententia L
te sententia RzVN

Quantumvis auctoritatem consensu *Rz* aliter tribuam, hic tamen suspicor utrosque in repititione *ista haec — ista* offendisse, — (nam *L* solus *istaec* habet), — eoque hoc verbum omisisse. Possibile est autem *ista* iam in archetypo defuisse, ac postea a *L* seppletum esse. Utut est, malim *ista* retinere.

ep.VII 14,3 *cumque fingendis artubus animalium*
signendis L
gignendis RzN

G prima negligenter scripta a *L* Librario in *s* mutata est, quae litterae interdum similem formam habent. Optimam lectionem praebent *Rz*, ut coniectura non opus sit.

ep.VII14,10 *comples ipse personam religiosi*
comples ipse personam L
comples personam RzVN'

Traditum est igitur: *comples personam* ac retinendum. Nam in proximis colis, quae huic respondent, multis non reperitur *ipse*. Fortasse mendum in *L* ortum est per dittographiam ex: *compl espe rsonam.*

ep.VII 18,1 *misimus opus raptim electis exemplaribus*
electis LTN
relectis RVMCFP

Legendum est: *relectis* (wiedergesammelt), quod traditum est. Confer. Ovid, Metamorph. viii 172—3, *utque ope virginea mullis iterata priorum ianua difficilis filo est inventa relecto.*

ep.VIII 1, 2 *quorum anterior orator Demaden citerior*
Antonium toleravere derogatores
orator RMTCP
oratus L
F omisit.

Frustra lectionem *L* codicis defendit Leo: *„recte praebet L* oratus *genitivum a* derogatores *pendentem"*. At vox *oratus* nusquam sensum *facundia* vel *facultas dicendi* habet, sed semper *rogatio*, *precatio* significat. Accedit ut ordo ipse verborum Leonis interpretationem improbet. Iure igitur Luetjohann et Mohr receperunt *orator.*

Index locorum.

epist. I 1 1
1 3
2 1
2 4
2 5
4 2
5 3
5 3
5 10
5 11
6 4
7 2
7 9
8 1
8 2
8 2
9 4
9 8
11 4
11 15
II 1 1
2 3
8 1
9 8
13 3

epist. III 13 5
13 7
VI 2 4
3 8
5 2
8 1
10 2
11 3
12 4
17 2
20 1
20 3
21 4
23 3
25 3
V 3 2
5 2
17 8
18
VI 1 5
12 1
VII 14 3
14 10
18 1
VIII 1 2



codex pag. 4, epist. I 5.



codex pagina 42 verso. epist IV 17.



papa beatissime

codex 59 verso. epist. VI 10

codex, pagina 60, epist VII 5



Codex Vaticanus pagina 6



Codex Vaticanus pagina 6 verso



Codex Vaticanus pagina 72

Codicem Remensem 413 conferens palaeographica, ut minoris ponderis pleraque praeterii. Et orthographica menda, nisi quae perinusitata inveni, omittere ausus sum. Ut ceteri codices, sic R persaepe habet *e* pro *ae*, *i* pro *y*, *y* pro *i*, *ci* pro *ti*, *ti* pro *ci*, *f* pro *ph*, etc. Assimilationem non raro neglegit R; e. g.:

	Mohr pag.	vers.
inlustrium	1	9
inpolitam	4	19
submoventes	5	22
adsistunt	6	25
quidpiam	20	24
obposita	39	10

Mm tamen potius quam *dm* maluit ut L sic R; e. g.:

ammissa	13	15
ammotae	57	26
ammittit	74	16
ammoneo	116	13

Praeterea praebet R:

con*iux* (p 39, v 16; p 46, v 5)
*io*cunditas (p 18, v 13)
max*i*me, max*i*mum (p 45, v 8; p 66, v 13)
quoti*es* (p 14, v 1; p 16, v 1; p 62, v 26)
epist*o*la, (fere ubique)
o*p*portunus, o*p*portunitas, (prorsus ubique).

Non *intelligo* sed recte *intellego* R. solet scribere.

Mohr pag.	vers.		Codex pag.	vers.
ep. I 1		Versus codicis 1–4 vacui sunt; inscriptio deest. Sidonius — — — salutem] Sidonius constantio suo salutem	1 A	5
1	3	quae litterae] quae mihi litere		9
	4	fluxerint] fluxerunt		10
	4	elicuit, omnes] e|licuit eas o̅m̅s		11
	7	praesumptuosis insecuturus] pre|sumptiosis Insecuturis. (insecutur · · *in margine scripsit secunda manus)*		16
	7	nam de] Nec de		17
	8	silere — — — Titianus] silere me in stilo epis| . . . ri nec iulius titianus. (ri *perobscure ante ordinem scriptum est)*		18
	12	dictu est quantum] dictu · st quantum. *(post* dictu *spatium parvum est)*	1 B	2
2	1	sed scilicet] si scilicet		6
	2	has <litterulas> non recensendas] has n̄| recensendas (litterulas *deest sine lacuna*)		7
	3	parum est] parum es *sic*		8
	4	fautorem] fauc|torem		10
	5	nos — — — haesitabundos] nos non perquam hesitabund · s		13
	8	felicius — — — editorum] felicius que periti editorum		17
	11	sedet] sedet *sic (post* sedet *ad finem versus spatium 4 litterarum vacet)*		21
	11	sed si et hisce] si et hisce (sed *deest*)		22
	13	tibi a nobis] tibi · nobis		
	13	scaturrientia] scaturientia		
ep. I 2		Sidonius — — — salutem] Sidonius agricolę suo salutem	1v A	2
	16	Theudorici regis Gothorum] theudorici regis gotto|rum		4
	18	quantitas] quan|titatis		6
	18	qualitas] qualitatis		7
	20	vir — — — dignus] virē et illis dignus *(ante* et *spatium 2 litterarum vacet.* dignus *ex* dignis *correxit prima, ut videtur manus.)*		11
	22	consumatae] consumatę (ę *in rasuro scripsit prima manus)*		14
	23	sociata] sociata (a *posterius scripsit in rasura prima manus)*		15
	24	huiuscemodi, ut laudibus] huiuscemodi ut laudibus *sic*		16
	25	defrudet] defraudet		17
	27	planitie] planicie *(prius* i *in rasura scripsit secunda manus)*		22

Mohr pag.	vers.		Codex pag.	vers.
2	28	cervix — — — nervis] cervix|non sed, nervis (sedet nodis *deest sine lacuna.* abdomine[e] lata *in margine addidit secunda manus*)	1 v A	23
3	3	pervenit] per| · ve · · nit	1 v B	2
	3	aurium legulae] aurium legulae *sic*		3
	6	fruticantibus] frutigan|tibus		8
	7	succisio] succisio *sic*		9
	7	temporibus] timporibus		10
	9	genis ut adhuc vesticipibus] genis ut|ad huc vesticipibus		12
	12	crebro] creb[r] o		17
	12	teretes] te · retes *(inter* e *et* r 1 *littera erasa* · *est)*		19
	14	excedens] accedens		21
	15	costarum] costarum *(inter* a *et* r *spatium 2 litterarum vacet)*		23
	20	diurnam] diurnam *sic*	2 A	7
	25	ratione] ratione *sic*		14
	26	cura sibi] curam sibi		16
	27	ne absit] ne desit		18
	28	immurmurat exclusa] immurmurat exclusa *(ante* exclusa *spatium 2 litterarum vacet)*		20
4	1	inter haec] inter hae[c]		21
	2	respondet] respondit		23
	4	hora est] hora est *sic*		25
	5	venatione nuntiata] venatio nuncia|ta	2 B	2
	7	venanti — — — manui] venanti aut vianti dn̄ obtulit manui]		6
	10	tensum] temsum *(post* temsum *ad finem versus spatium 9 litterarum vacet)*		10
	11	insinuatis] sinuatis		11
	12	ad talum] ad talum (d *ex incerto correxit secunda manus)*		12
	13	chordae laqueum vagantis] chordę̣ vagantis laqueum		14
	16	elegeris] eligeris		18
	17	ictus quam destinantis] ictus quā distinan|tis		20
	19	liventis] libentis		24
	22	narrentur] narrentur *sic*	2 v A	3
	22	peripetasmatumque] per|hibatismatumq;		3
	23	conchyliata] conciliata		4
	23	supellex] subpellex		5
5	2	horis viro] oris vero		19
	4	ioculanter compellat] Ioculariter compellat		
	4	patienter exspectat] patienter expectat		23
	5	iactibus] actibus		23
	6	utrisque] utrisq; *(inter* i *et* s *2 litterare erasae sunt)*		25

Mohr pag.	Mohr vers.		Codex pag.	Codex vers.
5	7	facere] facere *(inter* c *et* e | *littera erasa est*	2v B	1
	8	evaditur] evadit		3
	9	putes] putes *sic*		4
	11	ad ludum libertatem] ad lu|dum libertatem *sic*		7
	13	superati — — — sibi] superati et tunc — demum sibi (credit *deest sine lacuna)*		10
	15	aliena · quodque] aliena credit. quodque *(post* credit *spatium parvum)*		12
	20	mihi ad hoc] mihi ad hoc (o *ex* u *correxit prima manus)*		20
	21	molis illa] molis illa *(inter* o *et* l — *littera erasa est)*		
	25	excubaturus] excubaturos	3 A	4
	26	intromittuntur, quamquam] Intromittun|quāquam (— tur *deest)*		4
	27	sales ita ut] sales ita ut		6
	28	hydraulica sonant] idralica sonant *(ante* sonant *2 litterae erasa sunt)*		8
6	1	intonat] intona ·t		10
	3	delinito] delinito *sic*		13
	4	nocturnas — — — custodias] noc|turnas aulica gaza custodias *sic*		15
	6	soporis] soporis (*prius* o *scripsit in rasura manus prima)*		18
	6	vigilabuntur] vigilabuntur — *(*ur *extra ordinem minimis litteris scriptum est)*		18
	8	regno sed pauca] regno sed pauca *(ex* regnos pauca *correxit secunda manus)*		20
	11	efficere] coficere		
ep. I 3		Sidonius — — — salutem] Sidonius filimatio suo salutem *sic*	3 B	1
	13	J nunc et legibus] nunc et legibus (J *deest sine lacuna)*		2
	13	senatu move, cur] senatu mouet cur (movet *ex* movem *correctum est)*		3
	15	socer, avus proavus] socer avus | proavus (avus *inter* a *et* v — *littera erasa est*; socer, avus *ex* socera · nus, *ut videtur correctum est)*		5
	18	tribunicius] tribunicius		9
	19	mussitat]. Musitat		11
	20	calcata — — — hoc solum] calcata generosi|tas sed qui transit derogantes is In hoc | solum		12
	22	hucusque] hucusque		15
	23	despiciebant] dispiciebant		17
	24	obiter] obiter *sic*		
	25	stimulis] stimulis (ti *in rasura scriptum est*		20
	26	excitentur] excitentur, *(ex* excitaentur *correctum est)*		21
	26	deputabuntur] deputabuntur *sic*		22
	28	in quae participanda] In quę participanda *sic*		24

Mohr pag.	vers.		Codex pag.	vers.
7	1	perniciter] perniciter		25
		Sidonius — — — salutem] Sidonius gaudentio suo salutem	3v A	4 ep.
	7	maternos] maternos *(ex* materno *ut videtur correxit secunda manus*)		7
	9	spectata] exspectata		11
	10	admissa] amissa		12
	11	laetitia] laetitia *(posterius* ti *in rasura scripsit secunda manus)*		14
	12	lividis] libidis		14
	15	debeant] debeaⁿt		19
	16	sequuntur] secuntur		20
	16	spectare] expectare		21
	17	praefata prefatam		22
	17	invidis] invidiis		22
	18	inertibus familiare] iner|tib; familiare *(post* familiare *spatium 2 litterarum vacet)*		23
	19	desperatione] dis|peratione		24
	20	philosophantes — — — vitio] phylosophantes In phrygus honorato|rum laudant vitio	3v B	1
	21/23	perfectionis . . . * * * . . . appetitus] perfectionis appetitur		3
	25	intellegebant] intel|legebant *sic*		6
	26	succidi] succidi *(prius c ex* r, ut *videtur correctum est)*		8
8	1	istaec satis] ista hec satis		9
		Sidonius — — — salutem] Sidonius heronio suo salutem		14 ep.
	6	Litteras tuae Romae] Litteras tuas romę *sic*		15
	11	numinum] nominum		22
	13	compereris, eorum] compereris eorum. (eorum *extra ordinem scriptum est*)		25
	16	ilicet, etsi] illic&si	4 A	5
	17	a secundis, quibus] a secundis — qⁱb; *(post finem versus* a secundis, *ante initium* qⁱb; *scriptum est)*		5
	19	egresso] egresso		8
	20	usui fuit] usuⁱ fuit		9
	23	inplicita] Inplici|ta (*tertium* i *addidit secunda manus*; a *ex* o *correxit eadem).*		13
	25	Alpium] alpi|um *(post* i *ad finem versus est rasura parva)*		15
	26	utrimque] utrimque		17
	28	commoda [vel] certe] cō|moda certe (vel *deest sine lacuna*)		20
	29	pontes] potes (n *supran lineam addidit secunda manus)*		21
9	2	escendi] ascendi		25
	3	Eridanum — — — Phaethontiadas] heridanum brevi delatus | contatas sepe commessaliter nobis phe|tondiadas		24 4 B 1

Mohr pag.	Mohr vers.		Codex pag.	Codex vers.
	4	commenticias] commencias		2
	4	arborei] arborei (i *supra lineam addidit secunda manus)*		2 4
	6	Athesim pigrum] athẹsim prigrum		
	6	Ligusticis Euganeisque] ligustıci seuganeisque *(lineola est manus 2)*		5
	12	enodibus — — — quae] enodibus nidorū stru|es imposita nutabat que		13 17
	14	obiter] obiter *sic*		17
	15	praevectus] pervectus		18
	16	largum] larium		
	17	succedenti Aemiliano] succendentiae miliano *(lineola est man. 2)*		20 21
	17	remex] remix		
	19	ueterem] ueterem *corr. ex* — um		
	21	duplex — — - alluit] duplex pars Interluit | padi certa pars alluit (duplex pars, *inter* r *et* s *1 littera erasa est,* a *scripsit secunda manus*; *alterum* pars, *inter* r *et* s *1 littera erasa est,* a *supra lineam addidit secunda manus*	4v A	1
	23	publicarum] puplicarum		3
	23	discerptus] discerpıus (p *addidit secunda manus)*		3
	23	derivatis — — — exhaustus] dirivatis tramittibus exaus|tus		4
	25	moenibus] menibus		6
	26	cum peroportuna] cum peroportu|na		7
	26	praecipue quod] precipue qo̅		8
	28	cloacali pulte] cloagali pulte. (pulte, e *addidit secunda manus*)		11
10	1	ventilata ipse] ventilata ipse *sic*		12
	3	glutino] gluttino		14
	4	vel aquaeductuum] velaquę ductuum		16
	5	vel fons] vel f · ons		18
	7	mutuabatur] mutuabatur *(prius* a *ex* e *correxit secunda manus)*		21
	9	Hadriatici] adriat · ici		24
	10	Juliana — — — Hasdrubaliano] Iuliana rebel|ione memorabile hoc as|drubaliano sic	4v B	1 3
	12	Metaurus] metaturus		3
	12	ita [in] longum] italo ngam (in *deest)*		6
	14	gurgitibus] gurtibus		9
	16	transmisi] trasmisi		9
	17	Calaber Atabulus] ca|labera tabulis		10
	17	regio Tuscorum] regiotus corū		11
	18	venenatis] venenatis *sic*		13
	19	vaporatum — — — febris] vaporatum corpus in|fecit Interea frebris		16
	21	amoena fontium] amoe|na fontium *(inter litteras* n *vocis* amoena *et* o *vocis)* fontium *4 litterae erasae sunt; in rasura* a *et* f *scripta sunt*]		

Mohr pag.	verz.		Codex pag.	verz.
	24	Velini] fucini		20
	25	Fabaris] fabrris (fabrris *ex* fabris *correctum est)*		21
	28	pomoeria] pomoeria *sic*	5 A	1
11	2	devorsorii] devorsorii (e *ex* i *correxit prima manus)*		7
	2	istaec inter] ista haec int (c *supra lineam addidit secunda manus)*		8
	8	laetitia — — — latere] letia trasalpino tuo letare		17
	11	Thalassio] thalarsio (s *supra lineam* addidit secunda manus		21
	13	conticescant] conticiscant		24
	14	scurrilitates histrionicas] scurilitates histrionum	5 B	1
	15	actionum seriorum] actionum suarum		2
	15	peregrinetur · iam] pere|grinetur iam *sic*		2
	16	coronam] coronam *sic*		4
	16	palmatam] palmatam *sic*		4
	17	cycladem] clycladem		5
	17	togam [senator] honoratus] togam senator honeratur		6
	23	occupatissimam vacationem] occupatissimam occupationem		15
		Sidonius — — — salutem] Sidonius entroilo suo salutem		17
12	5	quo te scilicet] qua te scilicet		22
	6	munia vocem * * * his] munia vocem his		25
	7	aevi corporis] aevitas corporis	5 v A	1
	11	desperatio] disperatio		7
	12	trabeatis] tra beatis		8
	15	mundi] mundi · (n *in rasura scripsit secunda manus)*		13
	16	totius orbis] totius orbis (totius *ex* totus correxit secunda manus		14
	17	barbari et servi] barbari et servi (et servi *addidit secunda manus)*		15
	18	relinquare] relinquere		17
	19	quippe si et campum] quidpe | si et cā · pum *(inter* a *et* p l *littera erasa est).*		18
	20	panda] panda *(prius* a *ex* o *correxit secunda manus)*		20
	22	quin potius] qui pocius		24
	23	enervis] Inervis	5 v B	1
	24	non minus] non minus *sic*		1
	25	quod tu tibi quod tu tibi *sic*		4
	26	exercitium] exercituum		4
	26	hoc est otium veteranorum] hoc est otium ranorum		5
	27	robiginosi] rubiginosi (u *ex* o *correxit secunda manus)*		6
13	3	gravidis] cravdiis		11
	4	quo spectat] quos spectat		13

Mohr pag.	vers.		Codex pag.	vers.
	7	non nequiter te concilii] non nequit concilii *(post* nequit *spatium 4 litterarum vacet)*		17
	8	stantem latitabundum] stantem latitabu N|dum (N *extra ordinem additum est)*		19
	9	premat] premat (e *ex* æ *correctum est)*		20
	13	ero · sin autem] ero — sin autem *(post* ero *ad finem versus 4 litterae erasae sunt)*		25
	14	mavis ut aiunt] mavis · · ut aiunt (ut aiunt *addidit secunda manus; (post* aiunt *ad finem versus spatium 7 litterarum vacet)*	6 A	2
ep. I	7	Sidonius — — -- salutem] Sidonius vincentio suo salutem		8
	21	damnatos · amicus] damnato ami cus *(post* damnato s *erasum est)*		12
	23	propter] preter		15
	23	nuper mihi] nuper mihi *sic*		15
	27	fidelium] Infidelium		21
	27	ludibrium] ludibrium *sic*		22
14	5	quam semper — — — suae] quam semper indicaretur sed guberna|tionis	6 B	5
	6	reverentia, quae] reverentia quae *(post* reverentia *3 litterae erasae sunt*		7
	8	popularitate] po|pularitate (ta *supra lineam addidit secunda manus*)		9
	9	consequentemque cum] consequentem quaecum		10
	10	metu] moetu		12
	12	mirari] rimari		15
	13	publici] publici *sic*		18
	14	et prius cinctus] et prius cinctus *sic*		18
	15	destinatusque] distinatusque		20
	17	conscio ipsa] constio ipsa		23
	20	semifumantem] semi fumantem	6 v A	2
	20	nuper extortatae] nuper exortate extor · e *(inter* r *et* e, t, *ut videtur voluit secunda manus; pristina lectu incerta est)*		3
	22	Ferreolus] ferriolus		5
	25	decora ponendi] decorapponendi		10
15	4	iram regi — — — 15 24 sua sufficit] iram regi feroci placido verecundiam — satis Arvando conscientia sua sufficit (inferrent — — — curandam *deest sine lacuna)*		24
	25	actionibus] actionibus [ibu *in rasura*)	6 v B	2
16	1	desperatum] disperatum		6
	2	arrripiat] arripiat *sic*		6
	2	Capitolinam] capitolinã *sic*		7
	4	bullas] bul|las *sic*		9
16	6	prensare, depretiari] praensared pre|ciare		13
	10	et in tractatorio] et in tractatorio *sic*		18

Mohr pag.	vers.		Codex pag.	vers.
	10	sic post comperi] sic post comperi *(4 litteris erasis* -st *vocis* post *in rasura scripsit prima manus)*		19
	16	regione] rigione	7 A	2
	17	propositionis] propositionis *(ex* prepositionis *correxit secunda manus)*		3
	19	praefectorius circumsistentibus] praefectori|us ferreolus circumsistentibus		6
	26	cum sensim] cum sensim (*ex* consensim *correxit secunda manus)*		16
	27	quamquam — — — constaret] quaquam valide ac nequit|constaret		19
17	4	reum laesae maiestatis] reū|laesę magestatis		24
	5	sancientum] sanctientum *(ex* sanccientum *correctum est)*	7 B	2
	7	maiestatis pronuntiari] magestatis pronunciari		5
	10	exauguratus] exaugu|ratus		9
	11	additus — — — carceri] addi|tus sed ut redditus publico Carcere (sed ut redditus *addidit supra lineam secunda manus).* paulo] Paulo *(ante* paulo *ad finem antecedentis versus spatium 7 litterarum vacet)*		10 16
	15	duceretur] duceretur (*prius* u *ex* i *correctum est)*		16
	15	adictus] addictus (u *ex* i *correctum est*)		16
	19	duplicem] duplice		21
	20	serpentis Epidauri] serpentis epidauri *sic*		23
	22	nauseantis exsputus] nausiantis exumtus (nausiantis, *prius* i *ex* e *correctum est a secunda manu)*	7 v A	1
	23	dierum vitam] dierum vitam *(post dierum 6 litterae erasae sunt)*		3
	24	per horas] peroras		5
	27	ictu] ictu *sic*		9
	27	iam iamque mucronis] iam iamque|mucronis *(ante* que *2 litterae erasae sunt)*		9
	29	illo] ille		12
18	29	extrema] traema		13
	1	quaeque seu] quęque seu *sic*		13
	2	aliquid] aliquit		15
		Sidonius — — — salutem] Sidonius candidiano suo salutem		17 ep. I 8
	5	quasi] quasi *sic*		19
	6	admixtis] amix tis		20
	8	perraro bibitor Araricus] raro bibitor ari cus		23
	8	enim mihi] enim mihi *sic*		24
	11	reserari] reserari (a *ex* e *corretum est)*	7 v B	2
	11	tu istaec mihi] tu ista haec mihi		3
	14	dum migras] dum migras (gras *addiit supra lineam secunda manus)*		7

Mohr pag.	vers.		Codex pag.	vers.
18	14	iudicavisti] iudicavisti *sic*		7
	15	Padano culice] padanocu lice (u *ex* o *correctum est*)		9
	16	ranarum] rhanarum		10
	18	turres fluunt] ventres fluunt		13
	18	aegri deambulant] (*deest sine lacuna*)		14
	19	sitiunt vivi] sitiunt vivi *sic*		15
	21	monachi] monachi *sic*		19
	22	student] stedent		20
19	1	sui dote] suo dote	8 A	2
	2	vale] (*deest sine lacuna*)		4
ep. I 9		Sidonius — — — salutem] Sidonius herenio suo salutē		4
	4	patricii] patricii (ii *addidit secunda manus*)		5
	9	excolebamur · porro] excoleba|mur porro *sic*		12
	13	eodem studiorum] eorum studiorum		18
	17	nec sane — — — pauci] nec sa|ne multa cunctatio quia pauci *sic*		25
	18	de quorum] de quo|rum (e *et* q *in rasura scripta sunt*)	8 B	1
	21	servata] servata (r *supra lineam addidit secunda manus*)		6
	22	fastigatissimi] fastigatissimi *sic*		7
	22	Avienus et Caecina] abienus et tecina		8
	28	succinctius] sua niccius		16
	28	consulatum] consulatum (*ex* consolatum *correxit prima manus*)		17
	29	Avieno] avieno (o *partim a secunda manu in rasura scriptum est*)		19
	29	iucunda velocitas] iocundave locitas (i *vocis* iocunda *partim a secunda manu in rasura scriptum est;* a *eiusdem vocis ex* i *correctum est*)		
20	1	Basilio sera] basi|lico seria		19
	3	pedisequa] pedis sequa		23
	3	in paribus] in partibus		24
	4	spiritus erant] sps erant		25
	6	distringeretur] destrin|geretur	8 v A	3
	11	Avieni] abieni		10
	11	infructuosius] influc|tuosius		10
	13	utrumque coluisses] utrumque con|suluisses (utrumque *ex* utcumque *correctum est*)		13
	14	familiaritatem, facilius] familiari|tatem facilius *sic*		14
	15	diu utrimque] diu utrumque		16
	16	reservata] reservata *sic*		18
	16	reverentia] reve|rentia *sic*		18
	18	applicaremur] applicaremur *sic*		21
	18	ilicet] Scili|cet		21
	20	Augusti] augusti (*ex* agusti *correxit prima ut videtur manus*)		25

Mohr pag.	vers.		Codex pag.	vers.	
20	21	opperiebantur] operiebatur	8 v B	1	
	22	inquit] I nquid		2	
	22	Solli meus, quamquam] solli meus|quamquam (*ante* quamquam *ad initium versus spatium 12 litteraram vacet*		2	
	23	exeras] exaras		4	
	25	admittendo] āmi|tendo		7	
	26	si quid] si quit		9	
	28	praeceptis] prẹceptis (prece *videtur in rasura scriptum esse*)		10	
21	8	modo lati clavi] modulati clavi (modulati *ex* modo lati *correxit secunda manus; eadem* cla *in rasura scripsit*)	9 A	1	
	10	ipsas Clius] ipsas cli|us *sic*		3	
	13	panegyricus] panigericus		8	
	16	Thrasomano] thra|somane		12	
	18	occasione] ocasio|ne		15	
	18	pervenerim — — — scilicet] pervenerim · (*post* pervenerim *ad finem versus spatium 19 litterarum vacet* iubeo te, scilicet *deest*)		16	
	23	ferocisse] ferocis|se *sic*		22	
	23	vale] *deest; post* iactantiam *ad finem versus spatium 20 litterarum vacet*		23	
		Sidonius — — — salutem] Sidonius campaniano suo salutē		24	ep. I 1
	26	iudici] iudici *sic*	9 B	2	
22	1	praesumere tuta] presumere — tuita (*ex* presumer& — uita *correxit secunda manus)*		4	
	1	vel illaesa credere] vel ille sic credere		5	
	5	causamque] causamque *sic*		11	
	6	famem populi] famem in popu|li		12	
	7	caveae] caveę *(inter* v *et* e 1 *littera erasa et;* ę *addidit secunda manus)*		13	
	7	publica] puplica		14	
	8	e vestigio] ę vestigio		16	
	9	profectas] pẹrfectas		18	
	10	ac mellis] ac mellis (ac *ex* hac *correctum est)*		19	
	13	vale] vale UALE		23	
		Sidonius — — — salutem] Sidonius montio suo salutem		24	ep. II
	15	disertissime] disertissime (*post hoc verbum ad finem versus rasura parva)*		25	
	21	publicasse] puplicasse	9 v A	9	
	22	Calaber] calaber (l *ex* d *ut videtur correctum est*)		11	
	26	quid ultra] quit ultra		14	
	29	Maioriani] maioriani *(praeter* m *in rasuru a secunda manu scriptum est)*		18	
	29	charta] charta *sic*		19	
23	1	satiricorum] saty|ricorum		20	

Mohr pag.	vers.		Codex pag.	vers.
23	2	invectivaliter] invectigaliter		22
	4	quo loci res] quo loci res (c *vocis* loci *in rasura,* i *supra lineam scripsit secunda manus*)		25
	5	urgeret] urgueret	9 v B	2
	7	Catullinus inlustris] catulli|nus inlustris *sic*		4
	8	praecipue] precipue *supra lineam addidit secunda manus)*		6
	10	facit igitur] facit I gitur *sic*		8
	10	Paeonius] peonius (e *ex* o *correctum est,* o *in rasura scripsit secunda manus*		9
	13	frusta] frustra		13
	14	effunderent] effunderen^{t} (n *supra lineam additum est)*		14
	15	suffragio] subfragio		16
	15	coepit] cepit		16
	16	perennandum] perendinandum		17
	17	aut etiam] ater etiam		19
	17	exarsit] exarxit		19
	19	inquit] I nquid		23
	21	quae causa] que causa		25
	22	tenet totum] te nec totum		
	23	qui de parte] quid e parte (*ex* quid parte *correxit secunda manus)*	10 A	2
	23	atqui Sidonius] itaq ; | Sidenius		2
	24	Arverno] arvenno		3
	24	auditore rem] auditore rem (re *vocis* auditore *addidit supra lineam secunda manus)*		4
	27	sic levis] sit levis (i *vocis* levis *supra lineam addidit secunda manus*; *inter* e *et* v 1 *littera erasa est)*		8
	27	voluit, et traxit] voluit|et traxit *sic*		8
	31	initia] inicia		15
24	1	fecerit] fecerit *sic*		16
	5	iungeretur, contra] I ungeretur|contra		21
	7	diademate] diadema te		25
	8	Marcelliana coqueretur] marcellana conquereretur *(ex* quoqueretur, *ut videtur correxit secunda manus;* n *et* re *supra lineam addita sunt · inter* c *et* o *rasura parva*	10 B	1
	9	factione] faction| (e *videtur cum margine abscissum fuisse)*		2
	12	Gallias] galias		9
	14	codicillis] codicellis)		10
	15	escenderet] escenderet *sic*		13
	16	vix honoratus] vix honora|tus *(alterum* o *in rasura atque* h *addidit secunda manus)*		14
	17	numerariorum] numerariorium *(medium* r *ex* c *ut videtur correctum est)*		15

Mohr pag.	vers.		Codex pag.	vers.
24	18	cum finiuntur] cum finiunt̃ *(ex* confiniunt̃ *correxit secunda manus)*	16	
	18	dignitates · igitur] dignitates | Igitur *sic*	17	
	19	iste] iste *sic*	18	
	21	plus quam] plus qu | (ā *cum margine abscissum esse videtur*)	21	
	23	Arelatem] arelaté (*ex* arelate *correxit secunda, ut videtur manus*)	24	
	24	adhuc — — — suspicans] adhuc | unde enim suspicans *sic*	25	
	26	descendo (*prius* e *ex* i *correxit secunda manus*)	10 v	A 4
	28	ad genua] adienua	6	
	29	statuas, occuli] sta|tuas oculi (sta *reficit aut prima aut secunda manus*)	7	
	30	quid sibi] quit sibi	10	
25	1	superbiae — — — istis] su|perbiae nimiae in istis (*alterum* nimiae *deest sine lacuna*)	10	
	3	cum subornatus] cum subornatus *sic*	13	
	3	unus et turba] unus e | turba (*ex* unus & | urba, (*ut videtur correxit secunda manus*)	13	
	6	noster] nr̄	18	
	7	satirographum] sa|tyrografum	18	
	7	aut exsecrantur] aut execrantur (t *vocis* aut *supra lineam addidit prima manus*; x *vocis* execrantur *ex incerto correctum est*)	19	
	8	unde? cur?] unde quur	20	
	10	molestum est] molestum est (est *extra ordinem scripsit secunda manus*)	23	
	11	delator] delator (r *addidit secunda manus*)	25	
	12	qui satiram] qui satiram (*post* qui 1 *littera erasa est*	10 v	B 1
	12	scripsisse — — — confinxerit] scripsisse | confixit et per scripsisse confinxerit (confinxerit, *alterum* n *addidit supra lineam secunda manus*)	1	
	14	rettulit] retulit	5	
	18	servos] servos *sic*	10	
	18	tetriores] tetriores *sic*	11	
	22	ingentes] Ingen|tes	15	
	25	geminatis] geminatis [*inter* i *et* s *2 littera erasae sunt*)	20	
	25	post se] post se (se *in rasura scripsit secunda manus*)	21	
	27	patrui — — — propter] patrui consulatum | paeonius hinc propter (*inter* consulatum *et* hinc *ad finem versus 24 et initium versus 25 magna rasura est in qua* paeonius *scripsit secunda manus; ante* paeonius sulatum *erasum esse videtur*)	24	
26	4	saepe repetitus] saepe ripetitus	11 A	11
	10	fragore ut nec], fragore ut nec *sic*	20	

Mohr pag.	vers.		Codex pag.	vers.
26	13	compellatio] compellatio (*postremum* o *addidit secunda manus*)		23
	17	per quem cachinnum] per quem cacinnum (*praeter* pe *et* um *reficit secunda manus*)	11 B	5
	17	obtigit] optigit		5
	17	Athenio vindictae] athenio vindict æ (*praeter* dict æ *reficit secunda manus*)		6
	18	iniuriae] iniu|riae (riae *reficit secunda manus*)		6
	19	trebacissimus] traebacissimus		7
	19	aestu] estu (*ex* esto *correxit secunda manus*)		8
	20	excoquebatur] exquoquebatur (*ex* exquebatur *correxit secunda manus*)		9
	22	erubescit] erubescit *sic*		12
	23	vir illustris] vir Inlustris		13
	23	multus] multis (i *ex* e *correxit secunda manus*		13
	23	iurgio] iugio		14
	23	satiricis] satyricis		14
	24	hic imperator] hoc Imperator		15
	28	post quae ille] post que ille		20
	31	convicti convictis		24
27	1	praeter] propter	11v A	1
	2	conspicatus] conspicatur		3
	3	coepit] caepit		4
	3	placeretne condicio] placeretne con|dicio (condi *scriptum est* a *secunda manu,* c *in rasura,* ondi *extra ordinem*)		4
	7	tantumque remoratus] tantum quere moratus		10
	8	stibadii] stipadii		11
	9	toro — — — — imperator] toro redidi|et Impr (toro, r *ex incerto correxit secunda manus;* redidi, *postremum* di *addidit eadem extra ordinem; ante* et *ad initium versus* di *erasum est*)		12
	9	spoponderas] spoponderas (*postremum* s *addidit* m *littera erasa secunda manus*)		13
	17	publicum me de] publicum me de *sic*		22
	18	quippe — — — impactum] quippe cum tibi crimen Impactum		24
	19	periniurium est] piuriū ē		25
	23	contionatoris] contionatoris (*alterum* i *in rasura scripsit secunda manus*)		
	24	in quae paulo] In quę paulo (ę *vocis* quę *a secunda manu scriptum esse videtur*)	11v B	7
	26	mucronem] mucronem (nem *a secunda manu scriptum est*)		11
	27	alia pauca: surreximus] alia | pauca surreximus *sic*		11
	30	ille reus amicus] ille meus amicus		16

Mohr pag.	vers.		Codex pag.	vers.
28	6	perculi] pertu|li	12 A	2
	7	domine maior] d$\bar{n}$e maior (maior *ex* maio *correxit prima manus*)		3
	8	murmuratorem] mur murato|rem		4
	10	summitterentur] submite|rentur		7
		] Solii apollinaris Sidoni Liber I |In-		
		cipit II		10

VITA.

Natus sum Malcolm Clayton Burke anno ultimi saeculi LXXIX, die mensis Iulii VIII, Demopoli in oppido Alabamae, quae est Americae provincia. Parentes mihi fuerunt Malcolm Clayton, qui ante tris, et Annie Ida e gente Inge, quae ante XX annos e vita decessit. Fedei addictus sum evangelicae.

Montgomeriae in capite Alabamae, quo pater anno LXXXV migraverat, litterarum elementis imbutus sum. Scholas, quae apud nos „collegia" nominantur, has frequentavi:

University of the South, Sewanee, Tenn. inde ab Aug. a. XCVI usque ad Dec. a. XCVI;

University of Alabama, Tuscaloosa, Ala. inde ab Mart. a. XCVII usque ad Iun. a. XCIX;

atque academias americanas:

Harvard University, inde ab Oc. a. XCIX usque ad Iun. huius saec anno 1;

University of Chicago, aestate, huius saeculi ann. 3;

University of Chicago, aestate, huius saeculi ann. 4.

Maturitatis testimonia ab Universitate Alabamiensi summis cum honoribus academicis, Harvardiensi ab Universitate „cum laude" adeptus sum. Munere praeceptoris linguae Graecae in Universitate Alabamiensi inde ab anno h. s. anno 1 fungor.

In Germaniam permissione a scholae curatoribus petita anno h. s. 5 me contuli, philologicis studiis operam daturus. Monaci per sex semestria me docuerunt viri doctissimi: Christ, Crusius † Furtwaengler, † Mueller, Otto, Poehlmann, Rehm, Schick, † Traube, Vollmer, Weyman. Quibus omnibus viris optime de me meriti gratias habeo, praecipue tamen Frederico Vollmer, qui consilio suo atque auctoritate me multum adiuvit.